



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

751m

W965


UC-NRLF



8B 13 916

YC 00431

EXCHANGE



EX LIBRIS

751m  
W965

NOV 4

751m

UNIV. OF  
CALIFORNIA

DE HERODOTI ELOCUTIONE  
CUM SOPHISTARUM COMPARATA

---

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI  
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

**MAXIMILIANUS WUNDT**  
LIPSIENSIS



---

LIPSIAE  
TYPIS B. G. TEUBNERI  
MCMIII

TO THE  
ASSOCIATION

Retulerunt ad Ordinis philologos de hac dissertatione

LIPSIUS WACHSMUTH

Lipsiae d. 26. m. Junii a. 1903

Procancellario

BIRCH-HIRSCHFELD

Et veteres scriptores et recentiores, qui de Herodoti elocutione verba fecerunt, candidum ac simplex eius genus dicendi summis extulerunt laudibus. Quorum testimonia omnia ad unum proferre longum est, qua re haec exempli gratia sufficient. Cicero in orat. 12, 39 Herodotum et Thucydidem inter se comparat his verbis: 'alter (sc. Herodotus) sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitator fertur et de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum.' Apud Dionysium Halic. in epist. ad Pomp. p. 777 R legimus: 'τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἡλαρόν ἐστι, φοβερόν δὲ τὸ Θουκυδίδου'. Neque Quintilianum aliter sensisse in promptu est his locis perspectis: inst. or. X 1, 73 'dulcis et candidus et fusus Herodotus'. ibid. IX 4, 18 'in Herodoto vero cum omnia (ut ego quidem sentio) leniter fluunt, tum ipsa *διάλεκτος* habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur'.

Quorum sententiam secuti sunt haud pauci recentioris aetatis iudices. cf. e. g. O. Müller, Geschichte der griechischen Litteratur ed. Heitz vol. I<sup>4</sup> 1882 p. 456: 'So bewegt sich der Strom seiner ionischen Rede in anmutiger Gelassenheit fort und er knüpft, wie es bei der bloßen Meldung des Erfahrenen natürlich ist, in lockerer Verbindung einen einfachen Satz an den andern an, mit vielen einleitenden und ankündigenden, sowie resumierenden und wiederholenden Redeweisen. . . . Herodots Sprache steht darin, wie in ihrer ganzen Art, der mündlichen Erzählung am nächsten; sie ist am wenigsten unter allen Gattungen der Prosa eigentliche Schriftsprache. Größere Satzgefüge finden sich meist nur in der Rede der Personen, wenn Gründe und Gegengründe verglichen, Bedingungen aufgestellt und deren Folgen entwickelt werden, aber man muß gestehen, daß Herodot da, wo solche logische Verhältnisse



Et sunt profecto haud pauca figurarum exempla, quas veteres rhetores a Gorgia nominaverunt, in Herodoti libris reperta<sup>1)</sup>. At omnes illas figuras *ἀντιθέσεις παρισώσεις παρομοιώσεις* similes non a primo Gorgia excogitatas esse, sed iam ante sophistarum tempora apud poetas modo saepius modo parcius occurrere constat. Quae cum ita sint, utrum Herodoteae illae figurae ad sophistarum artem ac praecepta revocandae sint an ab eloquentia Graecis ab initio innata originem duxerint, oritur quaestio. Illud quidem existimaverunt Diels Maaß Kaibel Norden ll. cc., contra Nieschke qui figuras quas vocant Gorgieas ex Homeri carminibus diligentissime collegit<sup>2)</sup>, Herodotum etiam in his figuris usurpandis Homerum imitatum esse voluit. Atque Eduardus Meyer<sup>3)</sup> et Thiele<sup>4)</sup> ipsi quoque historiarum scriptorem cum sophistis comparandum esse denegaverunt.

Quam ob causam non satis esse figuras ex Herodoti scriptis colligere perspicuum est. Quas Gorgias non suo arbitrio finxit, sed e communi Graecorum usu sumpsit. Certis igitur argumentis numquam fere poterit demonstrari quid ex sophistarum doctrina ortum sit, nisi statuerimus quid sit sophisticae elocutionis proprium ac peculiare. Gorgianae dictionis indicia indubia monstranda sunt, ut certis argumentis nisi quaestionem absolvamus, non ex sensu nostro iudicemus. Neque Gorgieas figuras in Herodoti scriptis excutere satis erit, sed in universum num sophistarum genus dicendi aliquid valuerit in Herodotea oratione quaeramus. Quod ne existimemus temporum certe rationes non obstant, id quod Nieschke contendit<sup>5)</sup>. Constare enim Gorgiam anno a. Chr. n. 427 primum Athenis in publicum prodiisse<sup>6)</sup>, quo tempore Herodotum opus suum iam confecisse

---

1) cf. praecipue P. Kleber, de genere dicendi Herodoteo quaest. sel. Programm Löwenberg i. Schl. 1890 p. 19 sqq.; A. Nieschke, de figurarum quae vocantur *σχήματα Γοργιλία* apud Herodotum usu. Programm Münden 1891 p. 17 sqq.

2) De Thuc. Anāphontis discipulo et Homeri imitatore. Progr. 1885 p. 40 sqq.

3) Forschungen zur alten Geschichte I p. 201.

4) Hermes 36, 1901, p. 233.

5) De figurarum apud Her. usu p. 16 sq.

6) Diod. Sicul. XII 53.



verisimile videri. At ut omittam tempus, quo Herodotus historias suas ad finem perduxerit, minime tam certe posse terminari, fieri potuisse concedendum est, ut iam antea in itineribus sophistam cognosceret. Atque etiam Empedoclem quem artem rhetoricam invenisse Aristoteles dicit<sup>1)</sup>, et Tisiam Syracusanum et Protagoram una cum Herodoto anno 444 Thurios demigrasse verisimile est<sup>2)</sup>. Qua re sophistis eiusdem aetatis aliqua necessitudine coniunctum eum fuisse satis probabile videtur. Non potest igitur quaestio nostra disceptari nisi ipsa elocutione accurate perspecta.

Quae cum ita sint quamquam iam saepe viri doctissimi sophistarum genus dicendi perscrutati sunt<sup>3)</sup>, tamen denuo hanc quaestionem moturi sumus. Sed ea quae in omnes per-  
vulgata sunt, breviter modo perstringam atque id potissimum spectabo, ut quo modo sophistarum elocutio a communi Graecorum usu discrepet eluceat.

Ipsa sophistarum illius temporis scripta omnia fere perierunt, qua re proficiscendum nobis est a veterum de arte rhetorica scriptorum testimoniis. Accedunt ipsorum fragmenta quamvis exigua et orationes, quas Plato sophistas habentes inducit ita ut egregia arte singulorum indolem exprimeret.

Omnes veteres scriptores, qui de sophistarum genere dicendi verba faciunt, paulo elatiorem ac poeticum fere orationis colorem praedicant. Testimonia sunt haec:

de Protagora Timon apud Sext. Emp. adv. math. IX 57  
*οὐκ ἀλιγύλωστος.*

Philostratus vit. soph. p. 15 (II p. 13) Kayser: *γνούς δὲ τὸν Πρωταγόραν ὁ Πλάτων σεμνῶς μὲν ἐρμηνεύοντα, ἐνυπτιά-*

1) Diog. Laert. VIII 57 *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ σοφιστῆ φησιν, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα φηγορικὴν εἶρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικὴν.* cf. IX 25. Sext. Empir. VII 6; Quintil. III 1, 8.

2) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums IV, 1901, p. 24 sqq.

3) Blaß, Att. Bereds. I<sup>2</sup> p. 63 sqq.; Diels, Gorgias u. Empedokles (Sitz.-Ber. d. Berl. Akad. 1884 p. 343 sqq.); Scheel, de Gorgianae discipl. vestigiis. Rostock 1890; Norden, Antike Kunstprosa vol. I, 1898, p. 63 sqq.; Thiele in Hermæ vol. 36, 1901, p. 223 sqq.; Drerup, Die Anfänge der rhetorischen Kunstprosa in: Unters. zur ält. griech. Prosalitteratur 1901 p. 251 sqq.; cf. Th. Gomperz, Apologie d. Heilkunst in Wien. Sitz.-Ber. 1890.

ζοντα δὲ τῇ σεμνότητι καὶ πον καὶ μακρολογώτερον τοῦ συμμέτρου, τὴν ιδέαν αὐτοῦ μύθῳ μακροῦ ἑξακατήρῃσε.

de Prodicō: Xenophon memor. II 1, 34 ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειότεροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν.

Philostratus vit. soph. p. 16 (II p. 14) Κ. καὶ τί ἂν χαρακτηρίζοιμεν τὴν τοῦ Προδίκου γλώττιαν, Ξενοφῶντος αὐτὴν ἱκανῶς ὑπογράφοντος.

de Hippia (Plato) Hippias mai. 286 A: καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι.

Philostratus apud Athenaeum XIII 609 A Ἡρμῆνευε δὲ οὐκ ἔλλιπῶς, ἀλλὰ περιττῶς καὶ κατὰ φύσιν, εἰς ὀλίγα καταφύγων τῶν ἐκ ποιητικῆς ὀνόματα.

de Antiphonte sophista: Hermogenes περὶ ἰδεῶν II 11 (p. 415 Spengel) ὑψηλὸς δὲ τῇ λέξει καὶ τραχύς.

Gorgiae sermonem veteres de arte rhetorica scriptores multo saepius commemorant, qua re certius de eo iudicium fieri potest. Cuius elocutionis duo potissimum sunt propria. Primum poetica orationis ornamenta praeter modum auxit. Cuius rei gravissima testimonia sunt haec:

Aristoteles rhet. III 1 p. 1404 a 24 ἐπεὶ δ' οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε [τὴν] δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου.

Dionysius Halic. Lys. 3: ἤψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητικὴ τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημογορίᾳ.

ibid. ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικὴν καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν καὶ οὐ πόρρω διθυράμβων ἕνια φθεγγόμενος.

Praeterea celeberrima illa σχήματα Γοργίεια Gorgias quamquam non invenit tamen creberrime usurpavit:

Diodorus XII 53, 4 πρῶτος γὰρ ἐχρήσατο τοῖς τῆς λέξεως σχηματισμοῖς περιττοτέροις καὶ τῇ φιλοτεχνίᾳ διαφέρουσιν ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκάλους καὶ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεῦτοις καὶ τισὶν ἑτέροις τοιούτοις.

Dionys. ad Amm. II 2 τὰς παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ παρονομασίας καὶ ἀντιθέσεις, ἐν αἷς ἐπλεόνασε Γοργίας.

Cicero orat. 52, 175 'paria paribus adiuncta et similiter

definita itemque contrariis relata contraria — Gorgias primus invenit, sed iis est usus intemperantius’.

Quintilianus inst. or. IX 3, 74 ‘Magnae veteribus curae fuit, gratiam dicendi et paribus et contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus, aetate utique prima, Isocrates fuit’.

Quaestio igitur ita instituenda videtur, ut primum de poetica sophistarum oratione comparata cum Herodoteo genere dicendi disseramus. Deinde de figurarum Gorgiearum apud Herodotum usu verba sunt facienda.

---

## Caput I.

### De elocutione poetica.

Herodotum poetarum more orationem suam exornasse veteres rhetores consentiunt. cf. haec testimonia:

*Περὶ ὕψους* 13,3 *μόνος Ἡρόδοτος Ὀμηρικώτατος ἐγένετο.*

*Hermogenis περὶ ἰδεῶν* II 12 p. 421 Spengel *καὶ γὰρ ταῖς ἐννοίαις μυθικαῖς σχεδὸν ἀπάσαις καὶ τῇ λέξει ποιητικῇ κέχρηται διόλου.*

*Demetrii περὶ ἐρμηνείας* 112 *Τὸ δὲ ποιητικὸν ἐν λόγοις ὅτι μὲν μεγαλοπρεπές, καὶ τυφλῶ δῆλόν φασι, πλὴν οἱ μὲν γυμνῇ πάνυ χροῶνται τῇ μιμήσει τῶν ποιητῶν, μᾶλλον δὲ οὐ μιμήσει, ἀλλὰ μεταθέσει, καθάπερ Ἡρόδοτος.*

*Bachmanni anecdota graeca* II 367 *Ἡρόδοτος γὰρ διαφοροφερευμένους λέγει τοὺς φορείους φερομένους, καὶ Ἰπποκράτης πολλάκις χρῆται τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὃς ἀκράτῳ τῇ Ἰάδι χρῆται. ὁ γὰρ Ἡρόδοτος συμμίσγει αὐτὴν τῇ ποιητικῇ.*

Propositum igitur nobis est ut quaeramus num Herodoti dictio poetica quocumque modo cum sophistarum possit comparari. Quodsi quaerimus quae sint insignia illius poetarum quam oratorum similioris orationis, ab eis quae Aristoteles in artis poeticae capp. 19 sqq. de poetarum elocutione dicit, nobis proficiscendum est. Quo loco primum (cap. 20) *μέρη τῆς ἀπάσης λέξεως*, deinde (cap. 21) singula verborum genera tractantur et duobus modis distinguuntur. Ac primum quidem (p. 1457 a 31) omnia verba sunt aut *ἀπλᾶ* aut *διπλᾶ* aut *τριπλᾶ* e. q. s. Porro (p. 1457 b 1) *ἅπαν ὄνομά ἐστίν ἢ κύριον ἢ γλῶττα ἢ μεταφορὰ ἢ κόσμος ἢ πεποιημένον ἢ ἐπεκτεταμένον ἢ ὑψηρομένον ἢ ἐξηλλαγμένον.* Quae vocabula Aristoteles diserte interpretatus est excepta voce *κόσμος*.

Nonnulla autem genera hoc loco omnino non in censum veniunt. *κύρια* enim *ὀνόματα*, *οἷς χρῶνται ἕκαστοι* (p. 1457 b 3), minime esse poetica perspicuum est, quam ob causam Vahlen *κύρια* omnibus reliquis generibus reapse opposita esse suo iure contendit<sup>1)</sup>. Praeterea *ὀνόματα ἐπεκτεταμένα* et *ὕφηρημένα* et *ἐξηλλαγμένα* non nisi in versibus scribi possunt, ut vox ad metrum accommodetur. Illud igitur genus praetermittendum est, quod non est poeticum, hoc, quod tantum est poeticum. Denique vocabula *πεποιημένα* silentio nobis praetereunda videntur, quod rarissima sunt (cf. p. 1457 b 34) et nos vix umquam diiudicare possumus, quae verba scriptor ipse formaverit. Quibus omissis restant haec genera: verba composita, *γλῶτται*, translationes, *κόσμος*, cuius natura adhuc in tenebris iacet<sup>2)</sup>. Haesitant enim viri docti, utrum *κόσμος* epitheta ornantia significet an alia quoque verborum genera complectatur. Illa sententia fulciri videtur verbis art. rhet. III 7 p. 1408 a 13 *μηδ' ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῆ κόσμος· εἰ δὲ μή, κομφῶδία φαίνεται, οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν· ὁμοίως γὰρ ἕνια ἔλεγε καὶ εἰ εἴπειν ἂν πότνια σοκῆ.* et ibid. cap. 3, quo loco Aristoteles tractat verba composita, glossemata, apposita, translationes. Sed dubitationem movet Vahlen l. c. Verumtamen apposita illi generi, cui Aristoteles nomen *κόσμος* imposuit, adnumeranda esse satis certum videtur.

Nascitur nunc quaestio, num Herodotus illis verbis eadem atque sophistae usus sit ratione. Qua in disceptanda iterum Aristoteles nos adiuvat, qui in art. rhet. III cap. 3 sophistarum elocutionem, quam *ψυχρόν* esse dicit, explicat. Qua voce appellare eum prosam orationem nimis poeticae similem ex ipso capite elucet<sup>3)</sup>. Legimus enim p. 1406 a 6 *πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλωσιν φαίνεται.* 1406 a 12 *ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρόπει γάλα λευκὸν εἴπειν, ἐν δὲ λόγῳ τὰ μὲν ἀπρεπέστερα, τὰ δέ, ἂν ἦ κατακορῆ, ἐξελέγχει καὶ ποιεῖ φανερόν*

1) Wiener Sitz.-Ber. phil.-hist. Kl. vol. 56, 1867, p. 248.

2) cf. Vahlen l. c. p. 253.

3) De notione vocabuli *ψυχρόν* cf. R. Volkman, Die Rhetorik der Griechen und Römer II. ed. 1885, p. 540 sqq.; cf. Demetr. *περὶ ἐρμην.* 114: *ὀρίζεται δὲ τὸ ψυχρόν Θεόφραστος οὕτω, ψυχρόν ἐστὶ τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκίαν ἀπαγγελίαν.* cf. etiam Arist. art. rhet. III 2 p. 1404 b 3 sqq.

ὅτι ποιήσις ἐστίν. 1406 a 31 τοῦτο δ' ἅμα καὶ διπλοῦν καὶ ἐπίθετον, ὥστε ποιήμα γίνεται. cf. etiam 1406 a 33. 1406 b 1—5, 9, 11, 17. Neque dubitari potest, quin sophistarum maxime genus scribendi ad poetarum similitudinem exornatum designaverit. Exempla enim, quae ut orationem illam depingeret, protulit, omnia ad unum a Gorgia Alcidadamante Lycophrone sumpsit. Alcidadantem autem Gorgiae discipulum fuisse constat<sup>1)</sup> atque etiam Lycophroni veteres scriptores sophistae nomen imposuerunt<sup>2)</sup>. Quam ob causam Aristotelem sophistarum potissimum elocutionem vituperare luce clarius videtur. Eam autem ita persequitur, ut artis poeticae illam partitionem secutus deinceps verba composita, glossemata, apposita, translationes tractet, iisdem generibus omissis, quae nobis supra excipienda erant. Itaque, num Herodotus ipse quoque frigida illa elocutione usus sit, Aristotelem certissimum ducem subsequenti quaeramus.

Quoniam omnia fere sophistarum scripta perierunt, ut eorum elocutionem perspiciamus, fragmenta nobis requirenda esse diximus<sup>3)</sup>. Protagorae dictionem ex perpauca fragmentis cognoscimus, quorum gravissimum Plutarchus in consol. ad Apollonium cap. 33 p. 118 E servavit. Praeterea in censum veniunt quae Plato in dialogo qui inscribitur Protagoras, sophistam dicentem fecit, praesertim fabella illa, quam Protagoras de hominum et civitatum origine narrat (p. 320 C — 322 D). Contra praetermittendus est libellus ille Hippocraticus, quem artis medicae apologiam Gomperz nominavit<sup>4)</sup>, qui quamquam certe a sophista quodam scriptus est, tamen an non ipsius Protagorae sit ego cum locupletibus auctoribus dubito. Prodicum eius elocutionem imitati sunt. Quorum ille in Protagora etiam Prodicum loquentem ita fecit, ut rationem eius synony-

---

1) cf. Suidas s. *Ἀλκιδάμας* et *Γοργίας*; Tzetzes Chil. XI 746; Athen. XIII 592 c.

2) Aristot. polit. III 9 p. 1280 b 10; Alexander in soph. el. Schol. 310 a 12; in Metaph. p. 533, 18 Bon.; Ps.-Plutarch. de nobilit. 18, 3; cf. Vahlen, Rh. Mus. vol. XVI p. 143 sqq.; Zeller I<sup>4</sup> p. 960 adn. 8.

3) Diels, Fragmente der Vorsokratiker 1903 p. 511 sqq.

4) Gomperz, Apologie der Heilkunst in Wien. Sitz.-Ber. 1890.

mis accuratissime distinctis dilucide exprimeret (p. 337 A—E). Xenophon autem celeberrimam illam de Hercule in bivio fabellam (memorab. I. II cap. 1, 21—34) Prodicum secutum se narrasse contendit (§ 21 et 34). Omittendi autem sunt duo Ps.-Platonis dialogorum loci (in Eryxiae p. 397 D sqq. et Axiochi p. 366 B sqq.), qui sunt nimis dubii<sup>1)</sup>. Ex Hippiae Elei scriptis unum modo fragmentum paulo longius servavit Clemens Alex. in Strom. VI 15 p. 745 P (frg. 6 Diels), sed Plato in Protagorae p. 337 C—338 B ipsum quoque orationem habentem induxit. Contra Antiphontis sophistae librorum crebriora tradita sunt fragmenta. Gorgiae fragmentorum gravissimum Dionysius in libro suo *περὶ χαρακτήρων*, ut Gorgianam elocutionem depingeret, protulerat (cf. Planud. ad Hermog. V. 548 Walz; frg. 6 Diels, 5 Sauppe Orat. Att. II 130). Sed etiam declamationes *Ἑλένης ἐγκώμιον* et *Ἐπερ Παλαμῆδος ἀπολογία* genuina esse scripta Gorgiae nunc quidem plurimi iique doctissimi viri iudicant<sup>2)</sup>. Et simillimum certe earum genus dicendi esse sophistarum dictionis eis quae allaturi sumus, probari videtur. Sed ad propositum nos accingamus.

### 1. De verbis compositis.

In Aristotelis art. rhet. I. c. p. 1405 b 34 legimus haec<sup>3)</sup>:  
*τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίνεται κατὰ τὴν λέξιν, ἐν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν, ὅσον Ἀνκόφρων τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν τῆς μεγαλοκορύφου γῆς καὶ ἀκτὴν δὲ στενόπορον, καὶ ὡς Γοργίας ὀνόμαζε πτωχόμουσος κόλαξ ἐπιορκήσαντας καὶ κατευορκήσαντας. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας μένους μὲν τὴν ψυχὴν πληρομένην, πυρίχρων δὲ τὴν ὄψιν γιγνομένην, καὶ τελεσφόρον ἀήθη τὴν προθυμίαν αὐτῶν γενήσεσθαι, καὶ τελεσφόρον τὴν*

1) cf. Wecklein, Die Sophisten und die Sophistik p. 41; Zeller I<sup>4</sup>, 1876, p. 956 adn. 1; Buresch, Consolationum histor. critic. 1886 p. 8 et 31, 1; Blaß, Attische Beredsamkeit vol. I<sup>2</sup>, 1887, p. 30 adn. 5; Diels, Fragm. d. Vorsokr. p. 540 sq.

2) cf. in primis E. Maaß in Hermae vol. 22, 1887, p. 571 sq.; Blaß, Att. Bereds. I<sup>2</sup> p. 72 sq.; G. Thiele in Hermae vol. 36, 1901, p. 218 sq.; E. Drerup, Anfänge d. rhet. Kunstprosa in: Unters. zur älteren griech. Prosalitteratur. Lipsiae 1901. p. 253, 265 sqq.; Norden, Kunstprosa I p. 64 adn. 1.

3) cf. Demetr. *περὶ ἐρμηνείας* 116.

πειθῶ τῶν λόγων κατέστησεν, καὶ κυανόχρων τὸ τῆς θαλάττης ἔδαφος· πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλωσιν φαίνεται. cf. p. 1406 a 36 οἱ δ' ἄνθρωποι τοῖς διπλοῖς χρῶνται, ὅταν ἀνώνυμον ἦ καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος, οἷον τὸ χρονοτριβεῖν· ἀλλ' ἂν πολὺ, πάντως ποιητικόν. διὸ χρησιμωτάτη ἢ διπλῆ λέξις τοῖς διδυραμβοποιοῖς· οὗτοι γὰρ ψοφῶδεις.

Cum Aristoteles ipse omnes homines compositis verbis satis crebro uti concedat, non proprium id esse sophistarum dictionis, cuius tumorem reprehendit philosophus, in promptu manifestumque est. Qua re certa frigidi stili insignia nobis circumspicienda sunt. Laudantur voces compositae, ὅταν ἀνώνυμον ἦ καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος (p. 1406 a 37), igitur ea, quae ut notionem adhuc appellatione vacantem accuratius significarent, ficta et formata sunt<sup>1)</sup>. Sophistis igitur vitio vertit, quod nova et inaudita verba composita formassent aut usurpassent loco simplicium quae idem fere valent, nimirum pro nimia loquendi abundantia, de qua saepius Aristotelem sophistas obiurgare novimus (cf. p. 1406 a 13—18, 20, 32, 35). Atque pleraque verba composita ab Aristotele prolata idem fere significant atque voces simplices, nisi quod verbis compositis usurpatis oratio turget atque inflata fit. In simpliciore enim dictione dicendum erat<sup>2)</sup>

pro στενόπορος: στενός  
 „ πυρίχρως: πυρρός  
 „ κυανόχρως: κυάνεος  
 „ τελεσφόρος: τέλειος  
 „ ἐρημοπλάνος (Demetr. § 116): πλάνος.

Restant vocabula πολυπρόσωπος et μεγαλοκόρυφος, quae ipsa quoque notionem satis simplicem copiosa loquacitate circumire videntur<sup>3)</sup>.

In nonnullis autem verbis etiam aliud auget poeticum

1) cf. Waitz, Organon vol. I, 1844, p. 343 sq.

2) Praetermissi verba *πυρρόμοσος κόλαξ ἐπιροκήσαντας καὶ κατενορκήσαντας*, quod corrupta esse videntur. cf. Vahlen, Rh. Mus. XXI 146. Verbum *ἐπιροκεῖν* apud omnes scriptores usitatissimum Aristotelem reprehendisse improbabile est.

3) Cuius elocutionis poetici colores ea quoque re efferuntur, quod vocabulo *πρόσωπον* caeli species non declaratur nisi translata notione.



colorem. Propriam enim singularum verbi partium significationem quamquam omnino fere quasi evanuerat, tamen sophistae denuo eminentem fecerunt, ut notionis vis augetur.

*πυρίχρως*: in adiectivo *πυρρός* ignis notio vix servatur, sed aperta est in vocabulo *πυρι* — *χρως*. Idem valet de adiectivis *κυάνεος* et *κυανόχρως*.

Ex ipsis sophistarum reliquiis satis pauca verba composita, quibus simplicem vocem circumeunt scriptores, proferri possunt, nam permulta illa verba composita, quibus sophistae usi sunt, haud propria sunt sophisticae, sed vulgaris Graecorum consuetudinis.

Ex Antiphontis unius scriptis nonnulla illius generis verba grammaticorum testimoniis memoriae tradita sunt. Ipsi grammatici simplicem vocem, si non eiusdem at similis certe significationis plerumque contulerunt, qua re fragmenta proferre satis est:

*ἀειεστώ. Ἄ. τὴν ἀιδιότητα καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ ἐστάναι, ὥσπερ καὶ εὐεστώ ἢ εὐδαιμονία καλεῖται* frg. 22 Diels (97 Blaß).

*εὐηγιώτατα· εὐήνιος ὁ πρῶτος καὶ μέτριος καὶ μὴ ταραχώδης* frg. 70 (115 B).

*ἀπειθαρχία* fr. 72 (122 B) pro *ἀπειθεία*.

*διπλασιασμοῦ καὶ ἡμιολιασμοῦ· ἀντὶ τοῦ τὸ ἡμιόλιον δοῦναι ἐν τοῖς λογισμοῖς* frg. 75 D (124 B). Fragmenta 72 — 75 sunt fortasse oratoris (cf. Diels l. c. p. 560).

Iam Herodotum comparemus. Quem studio et amore quodam, ut rem accuratius exprimeret, nova verba composita usurpasse omnes qui eius libros legunt, haud ignorant. Sed pleraque eius composita a primo praetermittenda sunt, quia aut in omnium scriptorum usu versantur aut simplex vocabulum quo idem declaretur non exstat. Similitudinem quandam cum sophistarum compositis habent fortasse haec, quamquam ne ea quidem iure cum sophistica elocutione comparari posse intellegemus:

*ἀκρομανής* V 42, 2 quod utrum paene furiosum an prorsus furiosum significet, incertum est, etsi illa notio multo probabilior videtur (cf. Stein. adn.). Sed quaecumque est vera vocis sententia, syllabam *ἀκρο* — sive potestatem vocabuli auget sive minuit, haud supervacaneam esse apparet.

κυματώγη: IV 196, 3 ἐς τοὺς ἐπειὰν ἀπικωνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἐπεξῆς παρὰ τὴν κυματώγην. IX 100, 3 καὶ κηρυκῆιον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματώγης κείμενον. Quod vocabulum postea apud Iosephum A. J. XV 9, 6, Lucianum Hermotim c. 84, Tim. c. 56, Longum III 28, 1 nobis occurrit. At Herodotum illis locis novum et inauditum verbum usurpasse minime probabile videtur propterea quod voci *φήγη*, quae apud ceteros scriptores significat fluctus in litus illis, Herodotus semper sententiam subicit accessus maris. cf. II 11, 8 *φήγη δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἔμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται* VII 37, 3 (cf. Steini adnot.). VIII 129, 13. Alia igitur vox quae idem atque *κυματώγη* valebat, scriptori non praesto erat.

*μιληλιφῆς* est verbum ἄπαξ λεγόμενον. III 58, 5 τὸ δὲ παλαιὸν ἔπασαι αὖ νέες ἦσαν *μιληλιφέες*. Quae vox fortasse ab ipso Herodoto formata est, quamquam eam esse raram non mirum. Hic quaerat quispiam nonne *μιληλιφῆς* comparandum sit cum sophistarum verbis *κτανόχρωσ* et *πυρίχρωσ*. At simplex verbum promptum non erat, quod *μίλτιος* valet non minianum, sed miniarium. cf. Philipp. in Anth. Pal. VI 103 *μίλτιω στάγματι*. *μίλτινος* autem apud Plutarchum demum legimus idem significans atque *μιληλιφῆς*: de commun. notit. adv. Stoic. 40 p. 1081 B *κἂν ἢ μίλτιω τὴν ἐπιφάνειαν ἀηλιμμένην, μίλτινην ἐνομόρξεται τῷ ἐπιπέδῳ γραμμῆν*. (Nomen τὸ *μίλτινον* occurrit in aet. Rom. 40 p. 287 D.)

*μουσοποιός* II 135, 2 ἐλύθη χρημάτων μεγάλων ὑπὸ ἀνδρὸς Μυτιληναίου Χαράξου τοῦ Σκαμανδρωνύμου παιδός, ἀδελφεοῦ δὲ Σαπφοῦς τῆς μουσοποιοῦ. Idem vocabulum legimus in Euripidis Hipp. 1428 Tro. 1189 Theocriti epigr. 20, 3. 21, 1. Contra simplices voces, quibus poeta lyricus designetur, apud posteriores demum inveniuntur. cf. *λυρικός* Plut. Num. 4 Cic. or. 55, 183, *μελικός* Plut. consol. ad Apoll. p. 120 C, *μελωδός* autem in Platonis leg. I IV p. 723 D cantorem declarare perspicuum videtur, poetam lyricum in carm. pseud.-Anacreont. I 2 Hiller demum.

*στεινόπορος*, quod Aristotelem l. c. in Alcidasante reprehendisse vidimus, apud Herodotum quoque exstat. Qui et substantivo τὸ *στεινόπορον* usus est, quod in omnium scriptorum usu fuisse videtur: VII 223, 10 οἱ δὲ ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέρας

ὑπεξιδόντες ἐς τὰ στεινοπόρα ἐμάχοντο et adiectivo VII 211, 5 ἄτε ἐν στεινοπόρῳ τε χώρῳ μαχόμενοι unde substantivi usum profectum esse apparet, sicut Thucydides scripsit: VII 73, 1 τὰς τε ὁδοὺς ἀποικοδομήσαι καὶ τὰ στευπόρα τῶν χωρίων διαλαβόντας φυλάσσειν. Τὰ στευπόρα enim τῶν χωρίων idem valere atque τὰ στευπόρα χωρία certum est<sup>1)</sup>. Contra ut Lycophron ἀκτὴν dicit στευπόρον ita tragici poetae plane diversa nomina illi adiectivo adiungunt. cf. Aeschyli Prom. 727 ἐπ' αὐταῖς στευπόροις λίμνης πύλαις. Euripidis Iph. Aul. 1497 στευπόροισιν ὄρμιοις. Iph. Taur. 890 διὰ κνανέας μὴν στευπόρου πέτρας μακρὰ κέλευθα νατοῖσιν δρασμοῖς. Sed etiam Aristoteles ipse non veritus est scribere στευπόρῳ στόματι (περὶ κόσμον 3 p. 393 a 18) et στευπόρους ἀγένας (ibid. 22).

φερέοικος IV 46, 11 τοῖσι γὰρ μῆτε ἄστεα μῆτε τείχεα ἢ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες κτέ. Idem vocabulum in Hesiodi op. 573 cochleam declarat. Sed hunc quoque vocabulo translata notione usum esse verisimile videtur.

χειραπτάζω non idem valere atque simplex ἄπτειν, sed loco ἀτοχειρὶ ἄπτειν vel similis elocutionis scriptum esse ex ipsis verbis Herodoteis apparet: II 90, 5 οὐδὲ ψαῦσαι ἔξεστι αὐτοῦ ἄλλον οὐδένα οὔτε τῶν προσηκόντων οὔτε τῶν φίλων, ἀλλὰ μὲν οἱ ἱερεῖς αὐτοὶ οἱ τοῦ Νεῖλου ἄτε πλέον τι ἢ ἀνθρώπου νεκρὸν χειραπτάζοντες θάπτουσι.

Nullum igitur in Herodoteis libris vocabulum occurrit, quod Aristotelem frigidum putasse probari possit. Aut simplex verbum, quod idem valebat, omnino non praesto erat, aut vocem usu tritam fuisse apparet. A sophistico illo compositorum verborum cultu effuso, quem dithyramborum esse proprium et peculiarem Aristoteles contendit, Herodoteam dictionem vacare in aperto est.

## 2. De glossematis.

Aristoteles l. c p. 1406a 7 in hunc modum pergit: μία μὲν οὖν αὕτη αἰτία, μία δὲ τὸ χρῆσθαι γλώτταις, οἷον Λυκόφρων Ἐξέξην πέλωρον ἄνδρα, καὶ Σκίρων σίννις ἀνήρ, καὶ

1) cf. Kühner-Gerth, Griech. Grammatik III. ed. vol. II 1, 1898, p. 277 sqq.

Ἄλκιδάμας ἄθρυμα τῆ ποιήσει, καὶ τὴν τῆς φύσεως ἀτασθαλίαν, καὶ ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον. Quibus de verbis nos hodie etiam certum posse facere iudicium mihi quidem haud verisimile videtur. Neque quae vocabula certo quodam tempore iam ab usu remota sint, neque cuius dialecti singula verba sint, diiudicari in plerisque potest. Quae cum ita sint glossemata ab Aristotele ipso prolata breviter tractare satis est.

πέλωρος non legitur nisi in Homeri Hesiodique carminibus ac multo postea in Quinti Smyrnaei l. II 225. Pindarus et tragici formam *πελώριον* usurpant. Atque iam apud epicos nomen τὸ *πέλωρον* occurrit: Od. ι 257; Hesiodi theog. 295.

σίνυις tragoediam redolere videtur. cf. Aeschylī Ag. 692; Sophoclis frg. 230; Callimachi hymn. II 92.

De ἄθρυμα cf. Homeri Il. O 363; Od. ο 416; σ 323; Heracliti frg. 70 Diels; Pindari Pyth. V 23; Euripidis frg. 274; Cratin. Odys. frg. 145 Kock; comic. anonym. frg. 250 Meineke; Ps.-Anacreont. 53, 8; Alciphronis 3, 22, 3; Epigr. ap. Suid. s. v. ἄθρυμα. In omnium igitur poetarum usu versatur.

ἀτασθαλία: epici poetae semper fere utuntur numero plurali cf. Il. Δ 409; Od. μ 300; Hesiodi op. 259 ac saepius. Singularis numerus legitur in Hesiodi theog. 209, 516; Simonidis frg. 94 Hiller (apud Thueyd. VI 59); Herodoti l. II 111, 7; Xenophontis anab. IV 4, 14; Arriani anab. VII 14, 5; Luciani astrol. 15. Attici et poetae et scriptores praeter unum Xenophontem verbum devitaverunt, cuius verborum suppellectilem vocabulis parum Atticis mixtam esse constat<sup>1)</sup>. Quae cum ita sint, vocem ἀτασθαλία fuisse Ionicam probabilissimum est, quare in Alcidamantis scriptis Aristoteli peregrina videbatur. Adiectivum ἀτάσθαλος ipsum quoque non invenimus nisi in Homeri Hesiodi Theocriti carminibus atque apud Herodotum et Arrianum<sup>2)</sup>.

---

1) cf. Hellad. apud Phot. bibl. p. 533 B 25; Rutherford, The new Phrynichus p. 161 sq.

2) Vox ἀτασθαλία per errorem et in Schweighaeuseri lexico Herodoteo et in Broschmanni dissert. 'Lexikal. Beiträge zu Herodot' 1898 intercidit.

θήγειν<sup>1)</sup> verbo inflammandi sententiam subiciunt Pindarus in Ol. X 20; Euripides in Or. 1625; Xenophon in Cyrop. II 1, 11 et 20.

### 3. De appositis.

#### a) De abundantia appositorum.

De appositis Aristoteles l. c. p. 1406a 10 haec verba fecit: τρίτον δ' ἐν τοῖς ἐπιθέτοις τὸ ἢ μακροῖς ἢ ἀκαιροῖς ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι· ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν, ἐν δὲ λόγῳ τὰ μὲν ἀπρεπέστερα, τὰ δέ, ἂν ἢ κατακορηῇ, ἐξελέγχει καὶ ποιεῖ φανερὸν ὅτι ποιήσις ἐστίν, ἐπεὶ δεῖ γε χρῆσθαι αὐτῷ· ἐξαλλάττει γὰρ τὸ εἰωθὸς καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν. ἀλλὰ δεῖ στοχάζεσθαι τοῦ μετρίου, ἐπεὶ μείζον ποιεῖ κακὸν τοῦ εἰκῆ λέγειν· ἢ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει τὸ εὖ, ἢ δὲ τὸ κακῶς. διὸ τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οὐ γὰρ ἠδύσματι χρῆται ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις, οὕτω πυκνοῖς καὶ μείζοσι καὶ ἐπὶ δήλοις, οἷον κ. τ. ε. Cur Aristoteles in Alcidamantis appositis offenderit, satis est perspicuum. Quae partim nimis crebra esse, partim nimis ampla, partim ἄκαιρα (quod vocabulum idem appositorum genus significare videtur atque ἐπὶ δήλοις). Et exempla ab Aristotele prolata Alcidamantem in uno nomine apposita quasi coacervasse satis superque demonstrant. cf. εἰς τὴν τῶν Ἰσθμίων πανήγυριν, τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους, δρομαία τῇ τῆς ψυχῆς δρμηῇ, σκυθραπὸν τὴν φροντίδα τῆς ψυχῆς, πανδήμου χάριτος δημιουργός, οἰκονόμος τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς, ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν, ἔξεδρον τὴν τῆς μοχθηρίας ὑπερβολήν.

Neque quodnam sit illud ἄκαιρον appositorum genus dubitamus ea perlustrantes exempla, quorum epitheta non sunt tam ampla. Sunt autem haec: οὐχ ἰδρωτα ἀλλὰ τὸν ὑγρὸν ἰδρωτα, οὐ κλάδοις ἀλλὰ τοῖς τῆς ὕλης κλάδοις ἀπέκρυψεν, οὐ τὸ σῶμα παρήμπισχεν ἀλλὰ τὴν τοῦ σώματος αἰσχύνην. Quae apposita si non nimis magna, at certe ἄκαιρα sunt propterea quod prorsus supervacanea sunt atque inutilia. Nihil novi nominibus adiungunt neque posita sunt nisi inanis ver-

1) cf. Vahlen, Der Rhetor Alkidamas in Sitz.-Ber. d. Wien. Akad. phil.-hist. Kl. 1863 p. 492.



borum strepitus causa. cf. etiam *Doxopat. Rhet. II 231* ἐπιθετα δὲ ὡσπερ ὁ Ἀλκιδάμας ὑγρὸν ἰδρῶτα φησὶν καὶ Ὀμηρος γάλα λευκὸν καὶ ἵππους μάνυχας. ἤρκει γὰρ ἐπὶ τούτων καὶ τὸ κύριον μόνον, ἃ ποιητικῆς μὲν ἴδια ὡς ἐναργῆ τε καὶ ἡδέα καὶ εὐμεγέθη, τοῖς δῆτορσι δὲ ἀλλότρια.

Idem autem pertinet ad apposita nimis ampla. Quae ipsa quoque plerumque plane supervacanea sunt, et Aristoteles ipse quo modo sophista simplicius ac melius dixisset, saepius adnotavit. cf. οὐκ εἰς Ἴσθμια ἀλλ' εἰς τὴν τῶν Ἴσθμίων πανήγυριν, καὶ οὐχὶ νόμους ἀλλὰ τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους κτέ. Ἀδολεσχία igitur, quam sophistarum orationem obscurare Aristoteles p. 1406 a 35 dicit, appositis efficitur creberrimis amplissimis supervacaneis.

Omnia huius generis exempla ex Alcidamantis scriptis Aristoteles prompsit<sup>1)</sup>. Videamus, num similia apud prioris quoque aetatis sophistas reperiamus.

Protagoras. *θνητὰ δὲ γένη loco θνητοί Plat. Prot. p. 320 C.*

*πρὸς τὰς ἐκ Λιδὸς ὥρας loco πρὸς τὰς ὥρας 321 A.*

*τοῖς μὲν ἐκ γῆς βοτάνην, ἄλλοις δὲ δένδρων καρπούς 321 B.*

*εἰς μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Λιδὸς οἰκῆσιν 321 D.*

*δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί 322 C.*

Prodicus. *ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένον τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ δῖμα αἰδοί, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνη loco ἐλευθέριον, καθαρὰν, αἰδοίαν, σώφρονα Xen. mem. II 1, 22.*

*τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἐαυτῆς, ἀνήκοος εἰ καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος ἀθέατος II 1, 31.*

*ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι, comparis causa, quia oppositum est verbis τοῖς σώμασιν ἀδύνατοι II 1, 31.*

*τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν II 1, 33.*

Hippias. *ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων Plat. Prot. 337 D.*

*τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε 337 D.*

1) cf. Vahlen, Alkidamas l. c. p. 493 sqq.

Antiphon. θῶπας πλούτου καὶ τύχης κόλακας frg. 64D; 109 B.

χρημάτων πλοῦτον, oppositum verbis τοῦ φρονεῖν καλῶς πένητα frg. 54D; 128B.

Gorgias. ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν, comparis causa. frg. 6 D 5 S.

τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης ibid.

ἐνοπλίῳ ξηριδος ibid. comparis causa; φιλοκάλου εἰρήνης. χλωρὰ καὶ ἔλαιμα τὰ πράγματα frg. 16 D. S.

φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἢ γυνή Hel. 3.

οἱ δὲ εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξίαν, οἱ δὲ ἀλκῆς οἰκείας εὐεξίαν, οἱ δὲ σοφίας ἐπικτήτου δύναμιν ἔσχον Hel. 4.

πλείστας δὲ πλείστοις ἐπιθυμίας ἔρωτος Hel. 4.

ὑπ' ἔρωτός τε φιλονίκου φιλοτιμίας τε ἀνικῆτου Hel. 4.

καὶ φρόνη περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρυς καὶ πόθος φιλοπενθής Hel. 9.

αἱ γὰρ ἐνθεοὶ διὰ λόγων ἐπῶδαί Hel. 10.

τῆ δόξῃ τῆς ψυχῆς Hel. 10.

πολέμια σώματα [καὶ] πολέμιον ἐπὶ πολεμίῳς ὀπισθεῖ κόσμον χαλκοῦ καὶ σιδήρου Hel. 16.

τοῦ παρόντος ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ φρονήματος Hel. 17.

πολλὰ δὲ πολλοῖς πολλῶν ἔρωτα καὶ πόθον ἐνεργάζεται πραγμάτων καὶ σωμάτων Hel. 18.

τύχης ἀγρεύμασιν, οὐ γνώμης βουλευμάσι, καὶ ἔρωτος ἀνάγκαις, οὐ τέχνης παρασκευαῖς Hel. 19.

εἴτε λόγῳ πεισθεῖσα εἴτε βίᾳ ἀρπασθεῖσα εἴτε ὑπὸ θείας ἀνάγκης ἀναγκασθεῖσα Hel. 20; cf. 6 et 12.

τὴν μεγίστην κακότητ' εἶναι κάκιστος Pal. 13.

νόμους τε γραπτούς, φύλακας τοῦ δικαίου, γράμματά τε, μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγὰς, ἀριθμόν τε, χρημάτων φύλακα, πυρσούς τε, κρατίστους καὶ ταχίστους ἀγγέλους, πεσσοῦς τε, σχολῆς ἄλυπον διατριβήν Pal. 30.

δεινὸν ἄθεον ἄδικον ἄνομον ἔργον Pal. 36.

τοὺς δὲ πρώτους τῶν πρώτων Ἑλλήνας Ἑλλήνων Pal. 37.

Verum, si placet, ad Herodoteam elocutionem pergamus, ut videamus, an apud eum epitheta, quae plane supervacanea et inutilia sententiae nil novi adiungunt, scripta sint ut verba tumefiant? Quod ad diiudicandum primum et quintum Herodoti librum quam accuratissime excussi atque ea, quae in reliquis libris forte quadam mihi occurrebant, collegi. Quamquam nihil inveni, quod aliquo modo cum sophistarum abundantia loquendi possit comparari, tamen ut clarius illud eluceat, haec apposita proferenda videntur:

*τῷ ναυκλήρῳ τῆς νεός* I 5, 6 idem declarare videtur atque simplex *τῷ ναυκλήρῳ*. At hoc loco agitur de domino eius navis, in qua Io abrepta est (cf. cap. 1), qua re vocem *τῆς νεός* iusto iure adpositam esse apparet.

*ὄδς χρῆμα — μέγα* I 36, 2 e communi Graecorum consuetudine promptum esse certum est<sup>1)</sup>. cf. III 10, 13 VII 188, 19 Soph. frg. 739 Aristoph. Vesp. 933 Xenoph. Cyr. II 1, 5 (I 4, 8)

*κλωπες κακοῦργοι* I 41, 9, quam elocutionem reprehendere, siquidem omnes *κλωπες* essent *κακοῦργοι*, difficilis esset hominis ac morosi.

*κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους καὶ φιάλας χρυσέας καὶ εἴματα πορφύρεα καὶ κιδῶνας, νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε* I 50, 3. Quae apposita certe non sunt inutilia, sed res accuratius describunt atque illustrant. Atque Herodotum in magnificis Croesi sacrificiis enumerandis plenius et uberius verba fecisse haud mirum est. Idem dici potest de his verbis:

*ἀνέθηκε σάκος τε χρύσειον πᾶν ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῆσι λόγῃσι ἐὼν ὁμοίως χρύσειον* I 52, 3.

*πρὸς βορέην ἄνεμον* I 72, 8 ac saepius. Quod e communi Graecorum consuetudine promptum esse apparet. Legimus enim iam apud Homerum:

*Π* 150 *τοὺς ἔτεκεν Ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἄρπυια Ποδάργη.*

*ξ* 253 *ἐπλέομεν βορέῃ ἀνέμῳ ἀπραίε καλῷ* (cf. 299).

*ἄπαις ἔρσεινος γόνου* I 109, 11 VII 61, 16. 205, 4. Ad illum locum Stein adnotat haec: *ἄπαις* söhnelos (V 48, 4). Dazu *ἔρσεινος γόνου* — Eine besonders den Tragikern eigentümliche

1) cf. Kühner-Gerth, Gr. Gr. II 1 p. 280 sq.; Steinii adn. ad I 36, 2.



Fülle. Od. δ 788 *κεῖτ' ἀρ' ἄσιτος ἄπαστος ἐδήτνος ἠδὲ ποτήτος*. Soph. O. T. 190 *ἄχαλκος ἀσπίδων*. El. 36 *ἄσκευον ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ*. Eurip. Hel. (524) *ἄφιλος φίλων*. Suppl. 35 *ἄπαιδας τάσδε μητέρας τέκνων*. At *ἄπαις* declarat non solum a filiis orbem, verum etiam a liberis orbem, quod haec ipsius Herodoti verba demonstrant: III 66,6 *ἄπαιδα δὲ τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσηνος καὶ θήλεος γόνου*. Eadem autem vox valet a filiis orbem in hoc capite V 48,4: *ἀλλ' ἀπέθανε ἄπαις, θυγατέρα μούνην λιπών*. Duplicem igitur sententiam Herodotus illi voci subiecit. Atque *ἔρσηνος γόνου* adiunctum est, cum hoc loco quod Astyages pueris, non puellis auctus est, magis intersit. Idem dicendum de capitibus VII 61 et 205, quia filiam et Cephei scriptor commemorat et Cleomenis.

*τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ* I 131,7. Vox *κύκλος* sola caelum significasse non videtur, nisi apud poetas. cf. Soph. Phil. 815.

*τὴν πᾶσαν διαίταν τῆς ζῆς* I 157,9. *διαίτα* in Herodoti libris valet aut vitam (I 36, 136 II 36, 68) aut victum (IX 82). Nostro autem loco scriptor cum de omni vitae ratione loquatur, haud inepte utrumque vocabulum coniungit.

*Δήμητρος καρπὸν* I 193, 14 IV 198, 5. Quod verbum cotidianum fuisse mihi quidem videtur, cum uterque locus poeticum colorem haudquaquam habeat. I 193: *ἔστι δὲ χωρέων αὕτη πασέων μακροῦ ἀρίστη τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν*. IV 198 *αὕτη δὲ ὁμοίῃ τῇ ἀρίστη γέων Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν οὐδὲ οἴκε οὐδὲν τῇ ἄλλῃ Λιβύῃ*. Atque Xenophon in hell. VI 3, 6 dicit *τοῦ Δήμητρος καρποῦ σπέρμα*. Apud Aristophanem in Plut. v. 515 legimus *καρπὸν Ἀηοῦς θερίσασθαι* et iam apud Homerum *Δημήτερος ἀκτὴν* (N 322).

*Ἰσηδόμων ἀνδρῶν* I 201, 5: Förstemann<sup>1)</sup> recte monuit *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* ac similia elocutionem esse haud inusitatam. Contra IX 17, 22 *ἐπ' Ἑλλησιν ἀνδράσι* ex epica dictione sumptum videtur. cf. e. g. A 594 *Σίντιες ἄνδρες Γ 6 ἀνδράσι Πυγμαίοισι*.

*ἀμπελίνῳ καρπῷ* I 212, 5. Verba *Τομυρίς* satis poetica

1) De vocabulis quae videntur esse apud Herodotum poeticis. Parthenopoli 1892. p. 67 sq.

esse illico apparet: ἄπληστε αἵματος Κύρε, μηδὲν ἐπαερόθῃς τῷ γερονότι τῷδε προήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷ περ αὐτοῖ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω ὥστε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ κτέ. Neque illud ἀμπελίνῳ καρπῷ loco simplicis οἴνω frigidum sophistarum genus dicendi redolere negari potest.

ἀνὴρ φίλος V 24, 17. ἀνὴρ φίλος, ἐχθρὸς, δίκαιος similia in omnium usu fuisse constat.

τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ V 43, 39, ipsum quoque per-  
vulgatum. cf. e. g. Aristoph. Av. 599 τοὺς θησαυροὺς — τῶν ἀργυρίων.

ὄψις ἐνυπνίου V 55, 56, 62 VIII 54 VII 18, 47. ἐνυπνίου haud inutile est, quod ὄψις crebro significat visum, non somnii visum. cf. Aeschyl. Prom. 644 ὄψεις ἐννυχοί, Sept. 693 ἐνυπνίων φαντασμάτων ὄψεις, Pers. 516 ὃ νυκτὸς ὄψις ἐμφανῆς ἐνυπνίων, Euripidis Hec. 72 ἐννυχον ὄψιν, ipsius Herodoti I. III 30 ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ VII 15 ὄψις τοῦ ὄνειρον.

τῆς σφετέρης χώρας ἐς τὴν μεσόγαιαν V 83, 9, quae verba nequaquam abundant, quia μεσόγαια declarat mediterranea, χώρα autem patriam Aeginensium.

Quae apposita praeter unum illud ἀμπελίνῳ καρπῷ omnia cum sophistarum abundantia loquendi minime posse comparari luce clarius mihi esse videtur. Epitheta, quae nomini nil novi adiciunt atque non scripta sunt nisi ut oratio tumefiat, in Herodoti libris omnino fere non invenimus eis exceptis, quae cotidiana fuisse apud Graecos demonstrari potuit. Illa sophistarum cupiditas simplicia eademque usitata verba vitandi atque nova et inaudita verba formandi prorsus aliena est ab Herodotea dictione. De voce ἀμπέλινος καρπός infra una cum translatione, quam idem enuntiatum habet, iterum verba facienda erunt.

b) De grammaticis categoriis inter se commutatis.

Alterum quoque appositorum genus proprium est sophistarum elocutionis, quod quamquam solis in Gorgiae reliquiis et Protagorae apud Platonem oratione mihi occurrebat, tamen insignior est sophisticae dictionis nota, quam ut hoc loco praetermittatur. Solet enim Gorgias grammaticas ut ita dicam

categorias inter se commutare, id quod non ab eo inventum, sed usitatum esse apud omnes Graecos constat<sup>1)</sup>. Cuius elocutionis quattuor genera Kühner-Gerth distinguunt, quae brevissime exemplis prolatis adumbremus: a) *οἱ χρηστοὶ τῶν ἀνθρώπων* pro *οἱ χρηστοὶ ἄνθρωποι*, b) *τὸ πολὺ τῆς στρατιῆς*, c) *ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου*, d) *Τυδέος βία, ὕδς χρῆμα* similia. Adiectivum igitur, quod in vulgari oratione attributum est, appellationis vice fungens aut in appellationem transformatum coniungitur cum genetivo eius vocis, cui in vulgari oratione attributum est. In prioribus autem tribus generibus adiectivum ipsum conservatum appellationis vicem praestat; contra in quarto genere nomen quoddam, quod plerumque adiectivi loco ponitur, cum appellationis genetivo iungitur, sed certa tantum nomina hoc modo usurpantur, veluti *βία ἔς μένος σθένος κῆρ δέμας κάρα ὕμμα ὄνομα χρῆμα φύσις* similia.

Cuius elocutionis apud Gorgiam inveni hoc exemplum: *τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης* frg. 6 D loco *τῆ φρονίμῳ γνώμῃ*. (τὸ ἄφρον <τῆς δόμης>.)

Sed in quarto genere usitatum illum modum longe excessit atque quodlibet adiectivum in idoneam appellationem transfiguravit:

*νόμον ἀκριβείας* frg. 6 D pro *νόμον ἀκριβοῦς*<sup>2)</sup>.

*λόγων ὀρθότητα* ibid. loco *ὀρθοῦς λόγους*.

*οἱ μὲν πλοῦτου μεγέθη, οἱ δὲ εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξίαν, οἱ δὲ ἀλκῆς οἰκείας εὐξίαν, οἱ δὲ σοφίας ἐπικτήτου δύναμιν ἔσχον*. Hel. 4. Quo loco scriptorem isocola quaesivisse manifestum est, qua re semper nomen cum genetivo coniunxit. In prioribus autem colis grammaticae rationes sunt commutatae inter se, *ἔσχον* enim *οἱ μὲν μέγαν πλοῦτον, οἱ δὲ εὐδοξον καὶ παλαιὰν εὐγένειαν*. Contra in reliquis colis verba *εὐξίαν* et *δύναμιν* plane supervacanea sunt et inutilia, neque scriptor ea adiecit nisi comparis causa.

*ἡ δύναμις τῆς ἐπαρδῆς* Hel. 10.

1) cf. Kühner-Gerth, Griechische Grammatik III. edit. vol. II 1, 1898, p. 277 sqq. Hanc elocutionem, quamquam poetis non solis concessa est, tamen cum in carminibus ex Homeri temporibus usitatissima sit, hoc loco tractare mihi liceat.

2) quod iam adnotavit Blaß, Att. Bereds. I<sup>3</sup> p. 65.

γνώμης τάχος Hel. 13.

κόσμον χαλκοῦ καὶ σιδήρου Hel. 16.

τοῦ μὲν (sc. χαλκοῦ) ἀλεξητήριον, τοῦ δὲ (sc. σιδήρου) προβλήματα ibid. loco τὸν μὲν ἀλεξητήριον χαλκόν, τὸν δὲ σκεπαστήριον σίδηρον. ibid.

ἐπειράθην καταλῦσαι μῶμον ἀδικίαν καὶ δόξης ἀμαθίαν Hel. 21 loco ἄδικον μῶμον καὶ ἀμαθῆ δόξαν. Quibus in verbis commutatis inter se categoriis ipsa sententia quodammodo mutatur. Vult enim Gorgias dicere se vituperationem, quia iniusta esset, atque sententiam, quia esset stulta, delevisse. Quae sententia quamquam propter conexum nemini poterit dubia videri, tamen nisi eum respexeris, verba ipsa hanc interpretationem admittere videntur quasi Gorgias se iniuriam vituperationis et stultitiam sententiae delevisse dicat, ipsam igitur vituperationem et sententiam quamquam quasi correctas conservasse. cf. Hel. 2 παῦσαι τῆς αἰτίας — παῦσαι τῆς ἀμαθίας.

Simili dicendi genere num prioris quoque aetatis sophistae usi sint, diiudicari non potest, quamquam Plato in Protagora illum dicendi modum illusit. Simillima Gorgiae orationi sunt haec verba:

ζῶων ἄλλων βοράν p. 321 B: ἔστι δ' οἷς ἔδωκεν εἶναι τροφήν ζῶων ἄλλων βοράν, quae significant: nonnullis pro cibo dabat alia animalia ad voranda; sequuntur enim verba haec: καὶ τοῖς μὲν (sc. alia vorantibus) ὀλιγογονίαν προσῆψε, τοῖς δ' ἀναλισκομένοις ὑπὸ τούτων πολυγονίαν, σωτηρίαν τῷ γένει πορίζων. Illa autem elocutio est certe satis mira: primum non adiectivum, sed infinitivus aut secundaria sententia in appellationem est transformatum. Deinde vocabulum βοράν iuxta τροφήν tam supervacaneum esse apparet, ut nesciam an cum illis Gorgieis verbis ἀλλῆς εὐεξία et σοφίας δύναμις possit comparari.

Reliqua Platonis exempla magis etiam sunt conspicua propterea quod principale nomen non in genitivum casum, sed in adiectivum transfiguratum est:

πτηνὸν φυγῆν p. 320 E: ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σμικρότητι ἤμισχε, πτηνὸν φυγῆν ἢ κατάγειον οἰκησιν ἐνεμεν. Verba enim πτηνὸν φυγῆν esse inaudita pro simplicibus: dabat eis alas ad fugiendum perspicuum est. Infinitivum igitur quem exspecta-

bas ἐπὶ τῷ φυγεῖν transformavit Plato in appellationem *φυγήν*, atque nomen *πετρόα* eximia audacia in adiectivum *πηρόν*.

Etiam magis grammaticis rationibus inter se commutatis nomen adiectivi vice fungi videri poterit et adiectivum nominis vice, in his verbis:

*τὴν ἔμπυρον τέχνην* p. 321 E: *καὶ κλέψας τὴν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου*; cuius loco τὸ *τεχνικὸν πῦρ* expectes. Sed non tam ignem quam igneam Vulcani artem intellegi et seqq. *καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς* demonstrant et superiora *κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρὶ* (p. 321 C).

Quo copiosius de sophistarum genere dicendi verba facienda erant, eo brevius Herodoti orationem perstringere licet. Qui illa audaciore sophistarum elocutione minime usus est, sed ea modo huius transformationis genera usurpavit, quae cotidiana fuisse supra vidimus. Quod ut omnes perspiciant, primi et quinti libri exempla enumerare mihi liceat, qui certe sunt ampliores, quam quibus Herodoteam consuetudinem non plane cognoscamus. Occurrerant mihi haec: τὰ ὑψηλότατα τῶν ὄρεων I 131, 6, τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων I 133, 6, τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων ibid. 14, τοὺς ὑπειρόχους τῶν ἀστῶν V 92η, 3, ἐπίμαχον [τὸ χωρίον] τῆς ἀκροπόλεως I 84, 16, τὸ ἐρημότατον τῶν ὄρεων I 110, 15. 113, 7, ἐς τοσοῦτο τύχης I 124, 6, τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων I 179, 12, τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ I 185, 32, σὺν τῷ ἀρχίῳ τοῦ στρατοῦ I 191, 9, Καρίης τὴν πολλήν V 103, 9, ὑὸς χρῆμα μέγα I 36, 2.

Herodotus igitur semper aut neutra adiectivorum, quae nominis vicem praestant, aut nomina usitatissima (*χρῆμα*) scripsit. Utrumque sophistae studio quodam vitaverunt, qui quodlibet adiectivum in aptum nomen transformaverunt, id quod plane alienum est ab oratione Herodotea. Atque tam studiosi fuerunt sophistae illius dicendi generis, ut haud raro adiectiva plane inutilia in nomen transformarent (cf. *ἀλκῆς εὐεξία*, *σοφίας δύναμιν*, *ζώων βοράν*). Contra ut in communi Graecorum consuetudine ita apud Herodotum adiectivum, quod appellationis vice fungitur, semper est maioris momenti quam principale nomen. cf. e. g. τὸ ἐρημότατον τῶν ὄρεων, σὺν τῷ ἀρχίῳ τοῦ στρατοῦ. Nedum Herodotea verba umquam alia

significare videantur, atque ea quae scriptor dicere vult. (cf. Gorgiana illa *μῶμον ἀδικίαν καὶ δόξης ἀμαθίαν*). Hoc in genere Herodoteam orationem plane vacare sophistarum ineptiis maxime elucet.

In transitu attingere mihi liceat sophistarum et Gorgiae potissimum dictionis insigne proprium et peculiare, ex quo ille quoque grammaticas categorias permutandi usus manavit. Finxit enim Gorgias enuntiata ex solis fere appellationibus, qua re appellationes apud eum non modo adiectivorum sed etiam verborum locum occupaverunt. Quamquam omnibus et *ἐβασίλευε* et *βασιλεὺς ἦν* nullo fere discrimine dicere licuit, tamen ipsa eius usus frequentia insignis est Gorgiae elocutionis. Vide haec:

*θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, — εὐόργητοι πρὸς τὸ πρέπον* frg. 6 D. loco *ἐθεράπευον μὲν τοὺς ἀδίκως δυστυχοῦντας κτέ.*

*ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς* ibid.

*αἱ γὰρ ἐνθεοὶ διὰ λόγων ἐπρῶται ἐπαγωγὸι ἡδονῆς, ἀπαγωγὸι λύπης γίνονται* Hel. 10 loco *αἱ ἐπρῶται τὴν μὲν ἡδονὴν ἐπάγουσι, τὴν δὲ λύπην ἀπάγουσιν.*

*εἰ μὲν γὰρ πάντες περὶ πάντων εἶχον τῶν <τε> παροιχομένων μνήμην τῶν τε παρόντων <ἐννοίαν> τῶν τε μελλόντων πρόνοιαν* Hel. 11 loco *πάντες τῶν παροιχομένου ἐμέμνηντο κτέ.*

*ἀγαθῶν μὲν οὖν κτῆσιν οὐδεμίαν εἶχεν ἢ πρᾶξις* Pal. 18 loco *ἀγαθῶν μὲν οὖν οὐδὲν ἐκτήσατο ἢ πρᾶξις.*

Atque hinc amplissima illa enuntiata existunt, quibus Gorgiae oratio est conspicua. Quae aut verbo omnino non finiuntur aut quamvis sint ampla, ad unum verbum referuntur. E. g. profero hoc epitaphii enuntiatum: *οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἐνθεον μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν, πολλὰ μὲν δὴ τὸ πρῶτον ἐπεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες, πολλὰ δὲ νόμον ἀκριβείας λόγων ὀρθότητα, τοῦτον νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον, τὸ δέον ἐν τᾷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν <καὶ εἶν>, καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ, γνώμην <καὶ δῶμην>, τὴν μὲν βουλευόντες τὴν δ' ἀποτελοῦντες, θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ*

συμφέρον, εὐδόγητοι πρὸς τὸ πρόπον, τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον <τῆς δόμης>, ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. cf. etiam Hel. 1, Agathonis verba in Platonis conviv. p. 197 D E, Xenophontis mem. II 1, 31 (οἱ νεοὶ μὲν ὄντες κτέ.).

Hac igitur in re sophistarum orationis natura maxime apparere mihi videtur: verba prorsus fere ab usu remota, appellationes usitatissimae sunt. Cui generi dicendi plane contrariam esse Herodoteam dictionem quae verbis redundat, illico elucet atque dubito an non ullum enuntiatum in eius libris occurrat, quod cum illis Gorgiae sententiis componi possit. Sed haec hactenus.

#### 4. De translationibus.

##### a) De accessitis translationibus.

Ad Aristotelem revertamur. Legimus l. c. p. 1406 b 5 καὶ ἐτι τέταρτον τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίνεται· εἰσὶ γὰρ καὶ μεταφοραὶ ἀπρεπεῖς, αἱ μὲν διὰ τὸ γελοῖον, χροῶνται γὰρ καὶ οἱ κωμωδοποιοὶ μεταφοραῖς, αἱ δὲ διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν· ἀσαφεῖς δέ, ἂν πόρρωθεν. οἷον Γοργίας χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα· σὺ δὲ ταῦτα ἀισχροῶς [μὲν] ἔσπειρας κακῶς δὲ ἐθέρισας· ποιητικῶς γὰρ ἄγαν. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτείχισμα τῶν νόμων, καὶ τὴν Ὀδύσειαν καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἔθνημα τῇ ποιήσει προσφέρων· ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἀπίθανα διὰ τὰ εἰρημένα. Capituli clausula nihil hoc loco utimur<sup>1</sup>). Duo translationum genera Aristoteles distinguit: 1) ἀπρεπεῖς a) διὰ τὸ γελοῖον b) διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν, 2) ἀσαφεῖς ἂν πόρρωθεν, quae nos internoscere vix possumus. Ex sophistarum reliquiis haec translata proferenda sunt verba:

Protagorae: τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν κτείνειν ὡς νόσον πόλεως Plat. Prot. p. 322 D. cf. Aeschyli Prom. 1067 τοὺς προδότας γὰρ μισεῖν ἔμαθον, κοῦκ ἔστι νόσος τῆσδ' ἦντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον.

1) cf. Fr. Marx, Aristoteles' Rhetorik in: Sitz.-Ber. d. s. Ges. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1900 p. 309 sq.

Hippias: τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ προτανεῖον τῆς σοφίας Plat. Prot. p. 337 D.

ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις 338 A.

πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐρία ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων, ἀποκρύψαντα γῆν ibid.

Antiphontis: μέγας γὰρ ἀγὼν γάμος ἀνθρώπων frg. 49 D, 131 Bl.

φροντῖδων ἤδη πάντα πλέα καὶ ἐξοίχεται τὸ νεοτήσιον σκίρτημα ἐκ τῆς γνώμης ibid.

ἐν νέῳ σώματι ὅταν τις τὴν παιδευσιν γενναίαν ἐναρόσῃ, ξῆ τοῦτο καὶ θάλλει διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ αὐτὸ οὔτε ὄμβρος οὔτε ἀνομβρία ἀφαιρεῖται frg. 60 D, 134 Bl.

Gorgiae cum translationibus ab Aristotele prolatis cf. Aristophanis Av. 1697 οἱ θερίζουσίν τε καὶ σπείρουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε, Platonis Phaedr. p. 260 C D ποτὶν τινα οἶε μετὰ ταῦτα τὴν δητορικὴν καρπὸν ὧν ἐσπειρε θερίζειν. Demetrius περὶ ἔρμ. 116 scripsit τρέμοντα καὶ ὄχρὰ τὰ πράγματα.

Ἐξέξεῖς ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς frg. 18 D 14 S.

γῦπες ἔμψυχοι τάφοι ibid.

ἐν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μεστὸν Ἄρειος εἶναι, τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας frg. 24 D 22 S.

οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτον Ἄρειος οὔτε νομίμων ἐρώτων οὔτε ἐνοπλίου ἐριδος οὔτε φιλοκάλου εἰρήνης frg. 6 D 5 S.

οὕτως ἀπέσβεσε καὶ ἐξήλασεν ὁ φόβος τὸ νόημα Hel. 17.

ἡ δὲ (sc. δόξα αἰσχροῦ) τῷ βίῳ νόσος Pal. 35. cf. s. Protagorae verba ὡς νόσον πόλεως.

Iam quaerendum est num apud Herodotum translationes illius generis inveniamus, quae vel altius repetitae vel nimis tragicae videantur<sup>1)</sup>. Praetermissis eis quae etiam in cotidiano Graecorum sermone translata erant<sup>2)</sup>, multo rarius apud Herodotum verba translata nobis occurrere quam in sophistarum reliquiis illico apparet. Deinde sophistarum translata omnia fere nova et inaudita fuisse vidimus, Herodotus pervulgatis

1) Translationes Herodoteas collegerunt P. Kleber, Die Rhetorik bei Herodot. Progr. Löwenberg i. Schl. 1889 p. 6 sq. et H. Blümner, Die Metapher bei Herodotos in: Fleckeisens Jahrb. vol. 143, 1891, p. 9 sqq.

2) cf. Blümner l. c. p. 9 sq.



potissimum et simplicissimis usus est. Quorum pleraque notionem, quae a consuetudine oculorum abducta sola mente est percipienda, sub oculos subiciunt aspectabili quasi specie indutam. Quam translationis formam iam in Homeri carminibus satis esse usitatam inter omnes constat atque Aristoteles in art. rhet. III 10 diserte eam laudat: cf. p. 1410 b 34 *ἔτι εἰ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ· ὁρᾶν γὰρ δεῖ τὰ πραττόμενα μᾶλλον ἢ μέλλοντα*. p. 1411 b 22 *ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀστεία ἐκ μεταφορᾶς τε τῆς ἀνάλογον λέγεται καὶ τῷ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, εἰρηται*. Cuius generis exempla Herodotea nonnulla laudare satis est:

*τοῖσι τούτων αἰεὶ ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον* I 105, 14, quae verba praedicat auctor libri *περὶ ὕψους* in cap. 28, 4. cf. Tiberii *περὶ σχημάτων* cap. 35.

*ὁ Κῦρος παρεγύμνου τὸν πάντα λόγον* I 126, 18.

*τὸ δευτερον ἕα' ὀπέλαμπε* I 190, 2. cf. *ἕαρος δὲ ἐπιλάμψαντος* VIII 130, 4.

*ἐπὶ γήραος οὐδῶ* III 14, 43. cf. *Odyss.* o 246 ac saepius.

*ἡ νεότης ἐπέξεσε* VII 13, 9.

*οἱ περὶ Σαλαμίνα ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι* VIII 64, 1. cf. *ὠθισμὸς λόγων* VIII 78, IX 26, 1.

Audaciores autem et arcessitas translationes in Herodoti libris non reperi nisi has:

*ἐν σκέπη τοῦ φόβου* I 143, 1: *τούτων δὴ ὦν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σκέπη τοῦ φόβου*. cf. VII 172, 10 *ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπασα ἢ Ἑλλὰς ἐν σκέπη τοῦ πολέμου*. Verba Thessalorum. VII 215, 6 *ὅτε οἱ Φωκέες φράξαντες τείχει τὴν ἐσβολὴν ἦσαν ἐν σκέπη τοῦ πολέμου*. Quae elocutio apud Iones certe trita erat, cf. Hippocratis *σκέπη τοῦ νότου* et *Odysseae* ε 443 *καὶ ἐπι σκέπας ἦν ἀνέμοιο*, ζ 210.

(*ποταμὸς*) *ἐξεφύγεται* I 202, 18. Quod verbum in Hippocratis scriptis significat exspuere. At eam notionem, quam Herodotus voci subicit, non inauditam fuisse ipsa Herodotea verba demonstrare videntur, quae poeticum colorem minime habent: *ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ Ματινηῶν, ὅθεν περὶ ὁ Γύνδης τὸν ἐς τὰς διώρυγας τὰς ἐξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦρος, στόμασι δὲ ἐξεφύγεται τεσσαράκοντα κτέ*. Idem testatur ipse Aristot. *περὶ τὰ ζῷα ἰστ.* θ 20 p. 603 a, 13 et schol. ad Apoll. Rhod. III 1220.

ὡς τε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ I 212, 6. Verba sunt Tomyris. cf. VII 160, 4 verba Gelonis οὐνεῖδα κατιόντα ἀνθρώπων φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν. Poeticus utriusque loci color est perspicuus.

οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων III 76, 8, 127, 5. cf. VII 39, 8 ὁ θυμὸς — ἀνοιδέει. cf. Iliados I. IX 646 ἀλλὰ μοι οἰδάνεται κραδίη χόλω, Aristophanis ran. 939 τέγνη οἰδοῦσα ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων, Platonis Gorg. p. 518 E ὅτι δὲ οἶδει καὶ ὑπουλὸς ἐστι (sc. ἡ πόλις), Plutarchi Cat. 65 ἔργον οἰδοῦντα τοῦτον μαλάξαι, atque similes elocutiones ipsius Herodoti in I. III 80, 1 ἐπέιτε δὲ κατέστη ὁ θόρουβος, Lysiae in Agor. 25 ἕως τὰ πράγματα κατασταίη, Polybii XXII 14, 10 θάλασσα καθεστηκυῖα, Platonis rep. I. II p. 372 E καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, cf. etiam leg. I. III p. 691 E. Translatio igitur est pervulgata.

ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν III 155, 13: κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν σεωντὸν διαφθείρας. Verba Darei. cf. VI 12, 12 οἴτινες παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου ἀνδρὶ Φωκαεῖ ἀλαζόνι — ἐπιτρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν. Ionum verba. Stein adnotavit haec: 'Der Ausdruck scheint einem Tragiker entlehnt. Vgl. Eur. Bakch. 850 πρῶτα δ' ἐκστησον φρενῶν, 'Ενεὶς ἐλαφρὰν λύσαν' ὡς φρονῶν μὲν εὖ Οὐ μὴ θελήσει θῆλυν ἐνδύναϊ στολήν, "Ἐξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν ἐνδύσεται. Der Prosa ist ἐξίστασθαι τοῦ φρονεῖν geläufig.' Quae sententia quamquam certis argumentis demonstrari non potest, tamen haud improbabilis videtur. cf. etiam Euripidis Or. 1021 ἐξέστην φρενῶν, Iph. Aul. 136 γνάμας ἐξέστην.

ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν V 18, 21: κρέσσον γὰρ εἶναι ἀρχῆθεν μὴ ἐλθεῖν τὰς γυναῖκας, ἢ ἐλθούσας καὶ μὴ παριζομένας ἀντίας ἵζεσθαι ἀλγηδόνας σφίσι ὀφθαλμῶν. Quae verba non esse translata apparet, siquidem ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν non positum est loco vocis τὰς γυναῖκας, sed Persae mulieres nominant ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν. cf. etiam Plutarchi Alex. cap. 21 et περὶ ὕψους cap. 4, 7.

ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς VI 11, 5: ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Stein adnotavit: 'Nach II. κ 173 νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἴσταται ἀκμῆς "Ἡ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος 'Αχαιοῖς ἢ βιῶναι'. At Herodoto illum Homericum versum imitari

minime erat necesse, siquidem illa verba in proverbii consuetudinem venisse certum est. cf. Theognidis v. 557 *κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἴσταται ἀκμῆς*, Simonidis frag. 82 Hiller-Crusius *ἀκμᾶς ἐστηκνύαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν*, Aeschyli Choeph. 876 *ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας ἀρχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπληγμένος*, Sophoclis Ant. 996 *φρόνει βεβῶς αὐ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης*, Euripidis Herc. fur. 630 *ὦδ' ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ*; Theocriti 22,6 *ἀνθρώπων σωτήρας ἐπὶ ξυροῦ ἦδη ἐόντων*. Atque ipsi paroemiographi illa verba proferunt, cf. Diogeniani *Συναγωγή παροιμ.* VI 41, Zenobii epitom. III 47 cod. B, Diogen. in cod. Vindob. II 63, mantiss. proverb. I 56<sup>1</sup>).

*καὶ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαίρεται* VII 162, 5, quae verba Gelonis Herodotus ipse interpretatus est: *δῆλα γὰρ ὡς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστὶ τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς τὴν ἑαυτοῦ στρατιῆν' στρεῖσκομένην ὡν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑαυτοῦ συμμαχίης εἰκάξει ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαίρετημένον εἴη*. In Steinii adnotatione legimus haec: 'Arist. Rhet. I 7 *οἷον Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων* (wahrscheinlich auf die im samischen Kriege Gefallenen, um 440 v. Chr.), *τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνηρησθαι ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη*, III 10 *τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἰ κατ' ἀναλογίαν, ὥσπερ Περικλῆς ἔφη τὴν νεότητα τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ οὕτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἰ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι*. Daß H. das Bild von Perikles entlehnt habe, ist schon deshalb ungläublich, weil er offenbar die Verhandlung Gelons mit den Gesandten in ihrem überlieferten Wortlaut wiedergeben will. Wahrscheinlich war es schon von einem älteren Dichter gebraucht, und jedenfalls hat es Perikles zutreffender angewendet als Gelon.' Quam sententiam plane accipio.

Iam absolvimus translationes Herodoteas neque ullam, quae aliquid miri et inauditi habere videtur, me praetermisisse puto<sup>2</sup>). Omnia erant aut apud omnes Graecorum scriptores usitata vel proverbia aut e poetae cuiusdam carmine prompta

1) cf. Wilamowitz, Herakles II<sup>2</sup>, 1895, p. 142.

2) De verbis VI 27 *ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε* infra s. b) verba faciam.

(ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν et ἐξαοαίρηται τὸ ἕαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ). Quae cum sophistarum elocutione, qui novas et inauditas formaverunt translationes, comparari non posse apparet. Restat hoc unum: ὄστε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακά, quo in enuntiato legimus elocutionem ἀμπελίνῳ καρπῷ, quam habere aliquid offensionis iam supra vidimus. Quam ob causam illum locum (I 212) accuratius examinemus.

Tomiris Massagetarum regina, cuius filius in Persarum inciderat manus, legato ad Cyrum misso haec dixit: ἄπληστε αἵματος Κύρε, μηδὲν ἐπαεθῆς τῷ γεγονότι τῷδε πρήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷ περ αὐτοῖ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω ὄστε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακά, τοιοῦτῳ φαρμάκῳ δολώσας ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχη κατὰ τὸ καρτερόν. νῦν ὦν μεν εἴ παραινέουσῃς ὑπόλαβε τὸν λόγον· ἀποδοῦς μοι τὸν παῖδα ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης ἀξήμιος, Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβρίσας. εἰ δὲ ταῦτα οὐ ποιήσεις, ἥλιον ἐπὶ μνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, ἧ μὲν σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα αἵματος κορέσω. Cuius orationis elatio atque altitudo illico est manifesta; tamen an non cum sophistarum genere dicendi possit componi valde haesito. Tomiris enim sermone usus est vere ardenti et concitato, contra id ipsum proprium est ac peculiare sophistarum dictionis, quod magnificentius sublimiusque locuti sunt de rebus levissimis. Tomiris autem illa verba comparari non possunt nisi cum tragica quadam oratione. Quae cum ita sint mihi quidem multo versimillimum videtur Herodotum illam quoque translationem a tragoedia mutuatum esse<sup>1)</sup>. A sophistis illud vehemens et ardens dicendi genus certe non didicit.

b) De rebus inanimis humana natura quasi indutis.

Quicumque sophistarum reliquias perlegit, alterum quoque elocutionis genus orationis sophisticæ insigne esse haud ignorat,

---

1) Tragicos poetas translationum a mari et rebus navalibus petitarum studiosos fuisse inter omnes constat. cf. G. Radtke, de metaphoris ex verbis nauticis et ex venaticis petitis. Progr. 1867; E. Schwartz, de metaphoris e mari et re navali petitis quaest. Euripid. Diss. Kiel. 1878.

quod dubitanter in translationibus numero. Solent enim sophistae res inanimas et imaginarias humana quasi specie induere atque notiones potissimum sevocatas a sensibus solaque mente percipiendas in scenam producere hominum instar agentes. Ac primum quidem exempla e sophistarum scriptis collecta enumeranda sunt:

Protagoras. ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφήν ἰκανὴ βοηθὸς ἦν Plato. Prot. p. 322 B.

κτείνειν ὡς νόσον πόλεως p. 322 D.

Hippias. ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων, πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται Plat. Prot. p. 337 D.

Antiphon. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις ἡ γνώμη τοῦ σώματος ἡγρεῖται καὶ εἰς ὑγίειαν καὶ νόσον καὶ εἰς τὰ ἄλλα πάντα. frg. 2 D. 81 Bl. (Ἀφροδίτης· ἀντὶ τοῦ ἀφροδισίων frg. 17 D. 88 Bl.)

Gorgias. ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος οὐκ ἐν ἀθανάτοις σώμασι ζῆ οὐ ζώντων frg. 6 D. 5 S.

τύχης βουλήμασι — καὶ ἀνάγκης ψηφίσμασιν ἐπραξεν Hel. 6.

λόγος δυνάστης μέγας ἐστίν Hel. 8. cf. λόγος γὰρ ψυχὴν ὁ πείσας Hel. 12, εἰς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτερεψε καὶ ἐπεισε Hel. 13, ἢ τε τοῦ λόγου δύναμις πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς τάξιν Hel. 14.

φρίκη περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρυς καὶ πόθος φιλοπενθήης Hel. 9.

αἱ γὰρ ἐνθεοὶ διὰ λόγων ἐπαρδαὶ ἐπαγωγὸι ἡδονῆς, ἀπαγωγὸι λύπης γίνονται Hel. 10.

εὐθείως ἡ ὄψις ἐταράχθη καὶ ἐτάραξε τὴν ψυχὴν Hel. 16. cf. οὕτως εἰκόνας τῶν ὀρωμένων πραγμάτων ἡ ὄψις ἐνέγραψεν ἐν τῷ φρονήματι Hel. 17.

ἡ γὰρ ἀλήθεια τοῦ νόμου διὰ τὸν φόβον ἐξαρκίσθη τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως Hel. 16.

οὕτως — ἐξήλασεν ὁ φόβος τὸ νόημα Hel. 17.

τύχης ἀργεύμασιν, οὐ γνώμης βουλευμάσιν, καὶ ἔρωτος ἀνάγκαις, οὐ τέχνης παρασκευαῖς. Hel. 19.

θάνατον μὲν γὰρ ἡ φύσις φανεροῦ τῇ ψήφῳ πάντων κατεψηφίσατο τῶν θνητῶν Pal. 1.

ἀλλὰ γε τὸ φῶς πολεμεῖ τοῖς τοιούτοις Pal. 10.

μάρτυρα πιστὸν παρεξομαι τὸν παροιχόμενον βίον Pal. 15.

*νόμους τε γραπτούς, φύλακας τοῦ δικαίου, γράμματά τε, μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγάς, ἄριθμόν τε, χρημάτων φύλακα, πυρσούς τε, κρατίστους καὶ ταχίστους ἀγγέλους* Pal. 30.

Quod dicendi genus insigne proprium sophisticæ dictionis ac peculiare esse apparet. Quaerentibus autem nobis utrum sophistæ sua sponte illam elocutionem invenerint, an e veteriore quodam fonte hauserint, hoc vel ob eam rem probabilius videtur quod nonnullis exemplis similia apud alios quoque scriptores leguntur. E tragicis fabulis sophistas illud translationum genus sumpsisse opineris, cum tragicos poetas haud raro res inanimas humana quasi specie induisse constet<sup>1)</sup>. At duabus ex causis illam elocutionem sophistas tragicis debuisse poetis non existimo. Primum tragici hac figura personata, ut ita dicam, interdum modo ad orationem exornandam usi sunt, Gorgias e contrario permultis rebus animam quasi infudit. Qui apud Gorgiam non tam dicendi quam cogitandi modus fuisse videtur. Deinde illam figuram iam ante tragicorum tempora invenimus et in poesi theogonica et in prosa philosophorum oratione. Quorum in scriptis figura non est ornamentum orationis, sed ipsi quoque omnia fere natura humana induunt. Quod cum sophistæ philosophorum vestigiis instituisse constet, illud quoque dicendi genus e philosopho stilo profectum esse verisimillimum est, quamquam tragicam quoque dictionem valuisse ad sophisticam elocutionem non negaverim. In universum autem Gorgias tenuit philosophorum dicendi vel ut verius dicam, cogitandi morem. Quæ ut illustrentur, exempla e philosophis reliquiis collecta proferenda sunt:

Heraclitus. *Δίκη* ὄνομα οὐκ ἂν ἤδεσαν frg. 23 Diels 60 Bywater.

*καὶ μέντοι καὶ Δίκη καταλήψεται ψευδῶν τέκτονας καὶ μάργυρας* frg. 28 D. 118 B.

1) cf. C. Hense, Über personifizierende Epitheta bei griech. Dichtern. Progr. Halberstadt 1855; H. Kühlbrandt, quomodo Sophocles res inanimas vita humana induerit. Diss. Lips. 1880; Schmeier, de translationibus ab homine petitis apud Aeschylum et Pindarum. Diss. Regiomont. 1882; W. Pecz, Beiträge zur vergl. Tropik der Poesie. 1. Teil. Tropen des Äsch., Soph. u. Eur. Berl. 1886.

ἐν τῷ σοφῶν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς  
ὄνομα frg. 32 D. 65 B.

νόμος καὶ βουλῆ πελθεσθαι ἐνός frg. 33 D. 110 B.

φάτις αὐτοῖσιν μαρτυρεῖ frg. 34 D. 3 B.

ψυχῆσιν θάνατος ὕδαρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γῆν  
γενέσθαι frg. 36 D. 68 B.

πολυμαθίῃ νόον <ἔχειν> οὐ διδάσκει frg. 40 D. 16 B.

εἶναι γὰρ ἐν τῷ σοφῶν, ἐπίστασθαι γνώμην, ὅτι ἐκυβέρ-  
νησε πάντα διὰ πάντων frg. 41 D. 19 B.

τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βίος, ἔργον δὲ θάνατος frg. 48 D. 66 B.

αἰὼν παῖς ἐστὶ παιζων, πεττεῦων· παιδὸς ἢ βασιληίῃ frg.  
52 D. 79 B.

πόλεμος πάντων μὲν πατήρ ἐστὶ, πάντων δὲ βασιλεύς, καὶ  
τοὺς μὲν θεοὺς ἔδειξε τοὺς δὲ ἀνθρώπους, τοὺς μὲν δούλους  
ἐποίησε τοὺς δὲ ἐλευθέρους frg. 53 D. 44 B.

τὰ δὲ πάντα οἰακίξει κερωννός frg. 64 D. 28 B.

πάντα γὰρ τὸ πῦρ ἐπελθὼν κρινεῖ καὶ καταλήψεται frg.  
66 D. 26 B.

ᾧ μάλιστα διηνεκῶς ὀμιλοῦσι λόγῳ τούτῳ διαφέρονται  
frg. 72 D. 93 B.

ξῆ πῦρ τὸν ἀέρος θάνατον καὶ ἀήρ ξῆ τὸν πυρὸς θάνατον,  
ὕδαρ ξῆ τὸν γῆς θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος frg. 76 D. 25 B.

ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται <τὰ> μέτρα· εἰ δὲ μή, Ἐρινύες  
μὲν Δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν frg. 94 D. 29 B.

κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ καὶ ὄτα frg. 107 D. 4 B.

ποιεῖν κατὰ φύσιν ἐπαΐοντας frg. 112 D. 107 B.

τρέφονται γὰρ πάντες οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι ὑπὸ ἐνὸς τοῦ  
θείου· κρατεῖ γὰρ τοσοῦτον ὀκόσον ἐθέλει καὶ ἔξαρκεῖ πᾶσι  
καὶ περιγίνεται frg. 114 D. 91<sup>b</sup> B.

ἦθος ἀνθρώπων δαίμων frg. 119 D. 121 B.

φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ frg. 123 D. 10 B.

Xenophanes. ἀλλὰ μέγας πόντος γενέτωρ νεφέων ἀνέ-  
μων τε καὶ ποταμῶν frg. 30 D.

Parmenides. τῶν δὲ Δίκη πολύποινος ἔχει κλητῆδας ἀμοι-  
βούς frg. 1, 14 D.

ἐπεὶ οὔτε σε μοῖρα κακῆ προύπεμπε νέεσθαι τήνδ' ὁδὸν  
— ἀλλὰ θεῖμις τε δίκη τε frg. 1, 26 D.

Ἀληθείης εὐκνκλέος ἀτρεμὲς ἦτορ frg. 1, 29 D.

Πειθοῦς ἐστὶ κέλευθος (Ἀληθείη γὰρ ὀπηδεῖ) frg. 4, 4.  
ἀμηχανίη γὰρ ἐν αὐτῶν στήθεσιν ἰθύνει πλακτὸν νόον  
frg. 6, 5.

ὡς ἀγέννητον ἐὼν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν — τίνα γὰρ γένναν  
διζήσασαι αὐτοῦ frg. 8, 3 et 6.

τοῦ εἵνεκεν οὔτε γενέσθαι οὔτ' ὄλλυσθαι ἀνήκε δίκη χαλά-  
σασα πέδησιν frg. 8, 13.

κρατερὴ γὰρ Ἀνάγκη πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει frg. 8, 30.  
ἐπεὶ τό γε Μοῖρ' ἐπέδησεν 8, 37.

ὡς οὐ μὴ ποτὲ τίς σε βροτῶν γνώμη παρελάσση 8, 61.

ἡελίοιο λαμπάδος ἔργ' αἰδέηλα 10, 2; ἔργα τε — σελήνης  
10, 4.

καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα ἐνθεν ἔφν τε καὶ ὧς μιν ἄρουσ'  
ἐπέδησεν Ἀνάγκη πείρατ' ἔχειν ἄστρων 10, 5.

αἰεὶ παπταίπουσα πρὸς ἀγὰς ἡελίοιο frg. 15 (sc. ἡ σελήνη).

Melissus. καὶ οὔτ' ἂν ἀπόλοιτο (sc. τὸ ἐὼν) (οὔτε μεῖζον  
γίνοιτο οὔτε μετακοσμέοιτο) οὔτε ἀλγεῖ οὔτε ἀνιᾶται frg. 7 Diels.

ὁ γὰρ κόσμος ὁ πρόσθεν ἐὼν οὐκ ἀπόλλυται ibid.

οὔδ' ἂν τὸ ὑγιὲς ἀλγήσαι δύναιτο· ἀπὸ γὰρ ἂν ὄλοιτο  
τὸ ὑγιὲς καὶ τὸ ἐόν ibid.

τὸ μὲν ἐὼν ἀπάλετο ibid.

Empedocles<sup>1)</sup>. ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἐν  
ἅπαντα,

ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορέμενα Νείκος ἔχθει 17, 7 Diels.

ταῦτα γὰρ ἰσά τε πάντα καὶ ἤλικα γένναν ἔασι

τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, πάρα δ' ἦθος ἐκάστω,

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο χρόνιο 17, 27.

πλάζεται (sc. τὰ γυῖα) ἄνδιχ' ἕκαστα περὶ ζῆγγυτι βίοιο 20, 5.

σὺν δ' ἔβη ἐν Φιλότητι καὶ ἀλλήλοισι ποθεῖται 21, 8.

Σφαῖρος κυκλοτερῆς μονίη περιηγεί γαίω 27, 4.

αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα Νείκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρόεφθη

ἔς τιμάς τ' ἀνόρουσε τελειομένοιο χρόνιο 30.

ἠπιόφρων Φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμή 35, 13.

ἦλιος ὄξυβελῆς ἠδ' ἰλάειρα σελήνη 40.

ἀνταυγεί πρὸς Ὀλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις 44.

1) cf. Diels, Gorgias und Empedokles in: Sitz.-Ber. der berl. Akad.  
1884 p. 363.



νυκτὸς ἐρημαίης ἀλαώπιδος 49.

γῆς ἰδρωτα θάλασσαν 55.

τῷ δ' ἐπὶ καὶ Πόθος εἶσι δι' ὄψιος ἄμματα μίσγων 64.

ὡς γλυκὸ μὲν γλυκὸ μάρπτει, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν θρουσεν,

ὄξυ δ' ἐπ' ὄξυ ἐβη, δαερὸν δ' ἐποχεῖτο δαηροῦ. 90.

ἡ δὲ χθῶν τούτοισιν ἴση συνέκυρσε μάλιστα,

Ἐφαίστω τ' ὕμβροσ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι,

Κύπριδος ὀρμισθείσα τελείοις ἐν λιμένεσσιν 98.

αἰθέριον μὲν γὰρ σφε μένος πόντονδε διώκει,

πόντος δ' ἐς χθονὸς οὐδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς ἀνγὰς

ἤελλου φαέθοντος, ὃ δ' αἰθέρος ἐμβαλε δύναις 115, 9.

ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν

αὐχμηραὶ τε νόσοι καὶ σήψιες ἔργα τε φρεστώ

Ἄτης ἀν λειμῶνα κατὰ σκότος ἠλάσκουσιν 121.

ἐνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις,

Δῆρις θ' αἰματόεσσα καὶ Ἀρμονίη θεμερῶπις,

Καλλιστώ τ' Αἰσχρῆ τε, Θώσά τε Δηναίη τε,

Νημερτής τ' ἐρόεσσα μελάγκουρός τ' Ἀσάφεια 122.

Φυσώ τε Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη καὶ Ἐγερσις,

Κινώ τ' Ἀστεμφής τε, πολύστεφανός τε Μεγιστώ

καὶ Φορήη, Σωπή τε καὶ Ὀμφαίη 123.

Philolaus. θεωρεῖν δεῖ τὰ ἔργα καὶ τὴν οὐσίαν τῷ ἀριθμῷ κατὰν δύναμιν ἕτις ἐστὶν ἐν τῷ δεκάδι· μεγάλα γὰρ καὶ παντελής καὶ παντοεργὸς καὶ θείω καὶ οὐρανίω βίω καὶ ἀνθρωπίνω ἀρχὰ καὶ ἀγεμῶν frg. 11 Diels = Boeckh p. 139.

γνωμικὰ γὰρ ἃ φύσις ἃ τῷ ἀριθμῷ καὶ ἡγεμονικὰ καὶ διδασκαλικὰ τῷ ἀπορουμένῳ παντὸς καὶ ἀγνοουμένῳ παντί frg. 11 D p. 140 B.

τᾶς τῷ ἀπίρω καὶ ἀνοήτῳ καὶ ἀλόγῳ φύσιος τὸ ψεῦδος ὁ φθόνος ἐστὶ frg. 11 D p. 145 B.

πολέμιον γὰρ καὶ ἐχθρὸν τῷ φύσει τὸ ψεῦδος, ἃ δ' ἀλήθεια οἰκεῖον καὶ σύμφυτον τῷ τῷ ἀριθμῷ γενεᾷ ibid.

διὰ τινὰς τιμαρίας ἃ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σώματι τούτῳ τέθραπται frg. 14 D p. 181 B.

Anaxagoras. καὶ ὅσα γε ψυχὴν ἔχει καὶ μεῖζω καὶ ἐλάσσω, πάντων νοῦς κρατεῖ frg. 12 Diels.

καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα πάντα ἔγνω νοῦς ibid.

πάντα διεκόσμησε νοῦς *ibid.*

καὶ ὅσον ἐκίνησεν ὁ νοῦς *frg. 13.*

Diogenes Apolloniates. καὶ μοι δοκεῖ τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὁ ἀήρ καλούμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τούτου πάντας καὶ κυβερνᾶσθαι καὶ πάντων κρατεῖν· αὐτὸ γὰρ μοι τοῦτο θεὸς (ἔθος *codd. Usener corr.*) δοκεῖ εἶναι *frg. 5 D.*

De Democriti fragmentis, in quibus haud pauca huius figurae exempla exstant, cf. P. Natorp, Die Ethika des Demokritos, Marburg 1893 p. 81 sqq.

Eodem dicendi modo Anaximander iam usus esse videtur: ἐξ ὧν δὲ ἡ γένεσις ἐστὶ τοῖς οὖσι, καὶ τὴν φθορὰν εἰς ταῦτα γίνεσθαι κατὰ τὸ χρεῶν· διδόναι γὰρ αὐτὰ δίκην καὶ τίσιν ἀλλήλοις τῆς ἀδικίας κατὰ τὴν τοῦ χρόνου τάξιν (*frg. 9 Diels*).

In omnibus igitur philosophorum veterum litteris illam figuram summi esse momenti apparet. Quod non mirum est. Nam eas potissimum res philosophos hominum instar agentes fecisse perspicuum est, quae quasi principia sunt eorum disciplinae. Velut apud Heraclitum legimus haec: πόλεμος πάντων μὲν πατήρ ἐστὶ κτέ., τὰ δὲ πάντα οἰακίξει κεραυνός, πάντα γὰρ τὸ πῦρ ἐπελθὼν κρινεῖ καὶ καταλήψεται, ζῆ πῦρ τὸν ἀέρος θάνατον κτέ., τρέφονται γὰρ πάντες οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι ὑπὸ ἑνὸς τοῦ θεοῦ. Xenophanes τὸ ἔδν ipsum deum appellavit, de quo hos scripsit versus:

εἰς θεὸς ἔν τε θεοῖσιν καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,

οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοῖος οὔτε νόημα *frg. 23 Diels.*

οὐλος ὄρα, οὐλος δὲ νοεῖ, οὐλος δὲ τ' ἀκούει *frg. 24.*

ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα κραδαίνει *frg. 25.*

cf. Parmenidis: Ἀληθείης εὐκκλέος ἦτορ, Melissi (τὸ ἔδν) οὐτ' ἂν ἀπόλοιτο οὔτε ἀλγεῖ οὔτε ἀνιάται, Empedoclis Φιλότης et Νεῖκος, Σφαῖρος, ἡ δὲ Χθῶν τούτοισιν ἰση συνέκνυσε μάλιστα, Ἡφαίστω τ' ὕμρω τε καὶ αἰθέρι παμφανώσωντι, αἰθέριον μὲν γὰρ σφε μένος πόντονδε διάκει κτέ. (*frg. 115, 9*); Philolaus et Anaxagoras et Diogenes, qui simplicissimo usi sunt stilo, ipsi quoque sua principia humana natura induunt: Philolai ἀριθμὸς παντελής ἐστὶ καὶ παντοεργὸς καὶ ἀγεμῶν κτέ., Anaxagorae νοῦς πάντα ἔγνω καὶ διεκόσμησε, Diogenis ἀήρ πάντα κυβερνᾶται καὶ πάντων κρατεῖ.

Heraclitum quidem illam figuram etiam ad orationem ex-

ornandam adhibuisse concedimus, id quod nonnulli philosophi imitati sunt. Sed initia illius elocutionis inde repetenda esse putamus, siquidem philosophi principia disciplinae suae esse animata sibi persuadebant. Itaque figura illa, ut ita dicam, personata non orationis lumen erat, sed philosophiae placitum. Universitas rerum ab universa quadam mente vel a lege quadam universa regitur, quam mentem vel legem philosophi, quocumque nomine eas appellaverunt, hominum vel deorum instar agentes et sentientes fecerunt.

Quibus perspectis illud sophisticae orationis ornamentum a veteriore etiam fonte repetere licebit. Philosophos enim Hesiodi aliorumque theogoniarum scriptorum vestigiis ingressos esse iam indicavimus. Qua re principia illa philosopha vicem quasi praestant deorum, quorum forma theogoniarum poetae notiones a corpore seiunctas et sola mente percipiendas induerant. In vulgus pervulgatae sunt notiones, quae in Hesiodi carmine deorum quasi partes agunt, veluti *Νύξ* *Ἔρος* *Ἴμερος* *Ἡμέρη* *Μῶμος* *Οὐζύς* *Ἀπάτη* *Φιλότης* *Γῆρας* *Ἔρις* *Μῆτις* similia.

Contra neque Homerus neque Hesiodus illa figura, ut orationem ornarent, usi sunt<sup>1)</sup>. Pauca exempla HomERICA, quae Aristoteles in art. rhet. I. III 11 p. 1411 b 31 profert, iam ea re a sophistica oratione differunt, quod Homerus res visu tactuque manifestas, quae commotae vivere videntur, humana natura induit, philosophi et sophistae res cogitationi tantum subiectas.

Mythicae notiones paullatim convertuntur in orationis lumina: primum epicorum temporibus dei tantum ipsi hominum instar agunt et loquuntur; deinde in theogoniis notiones ab aspectus iudicio remotae in deorum numero habentur; tum philosophi pro illis deis principia disciplinarum suarum substituunt, quae ipsa quoque deorum instar agunt; denique et philosophi et sophistae quaslibet notiones humana exornant specie. Quae cum ita sint in philosophorum fragmentis haud raro quid sit verus deus, quid orationis modo ornatus, vix et

1) cf. Th. Bergk, Griech. Litt.-Gesch. I, 1872, p. 843; A. Biese, Die Entwicklung des Naturgefühls bei d. Griechen 1882 p. 15 sqq. Aristoteles suo iure certe non dixit l. c. *ὡς κέρηται πολλαχού Ὅμηρος*. Per pauca enim exempla HomERICA exstant, veluti Δ 125; Δ 574 = O 317; Φ 70.

aegre potest diiudicari. cf. Heracliti Δίκης ὄνομα et similia, ἦλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται <τὰ> μέτρα· εἰ δὲ μή, Ἐρινύες μιν Δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν, Parmenidis δίκη, μοῖρα, θέμις. Apud sophistas autem mythicae notiones prorsus sunt transformatae in orationis ornamenta.

Sed ut ad Herodotum revertamur, nobis quaerendum est, num hunc quoque in illa via, quae ab Hesiodi carmine fert ad philosophos et sophistas, offendamus. Omnes locos, quibus scriptor res inanimas aut imaginarias humana natura induere videtur, enumeremus:

ὄφιν εἶναι γῆς παῖδα I 78, 12, cf. ἐπεὰν δὲ διάκορος ἡ γῆ σφεων γένηται πίνουσα τὸ ὕδωρ III 117, 25. Terram antiquissimam fuisse deam constat. cf. Π. Γ 104 Γῆ τε καὶ Ἡελίω, 278 ac saepius, Hesiodi Theog. 117 Γαί' εὐφρόστερος.

τὸ μὲν κού τι καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει κολωνός ἐών I 98, 17; παρεξεῦρον ἄλλον νόμον σύμμαχον αὐτῶ θέλοντι γαμέειν ἀδελφεάς III 31, 21; νῦν δὲ συντυχίη τοῖσι μὲν κακῆ ἐπεγένετο, τοῖσι δὲ ἡ αὐτῆ αὐτῆ σύμμαχος V 65, 6; ὥς μὲν ἐγὼ δοκέω καὶ τὸ οἰκός ἐμοὶ συμμαχεται VII 239, 7. Qui loci clare demonstrare mihi videntur vocabula σύμμαχος et συμμαχέειν translata communi quoque consuetudine significasse 'secundum' et 'prodesse' vel 'adiuvare', quae comprobantur his locis: Thucyd. IV 10, 3; Xenoph. Anab. II 4, 7; Cyrop. III 2, 20; Hipparch. I 3; Plat. Phileb. p. 14 B rep. I. IV p. 440 C.

καλέεται δὲ ἡ λίμνη αὐτῆ ὀρθῶς μήτηρ Ἰπάλιος IV 52, 3 et ἡ Μαιήτις τε καλέεται καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου IV 86, 17, quae sunt nomina propria.

ἐπειχθῆναι μὲν νῦν πᾶν πρῆγμα τίκει σφάλματα VII 10ξ, 1; λέγω τὴν χώραν πλεῦνα ἐν πλείονι χρόνῳ γινομένην λιμὸν τέξεσθαι VII 49, 19. τίκειν certe declarabat etiam causam alicuius rei esse, siquidem verbum ἐπειχθῆναι humana natura indui minime potuit. Atque eandem verbi notionem invenimus in Aeschyli Sept. 420; Sophoclis Ai. 522, El. 235; Aristophanis Ran. 1059; Xenophontis Cyrop. VII 5, 23; Platonis Rep. VIII p. 547 A.

ὃ πικρὸν ὕδωρ (sc. Ἐλλήσποντε), δεσπότης τοὶ δίκην ἐπιτιθεὶ τήνδε, διτι μιν ἠδίκησας οὐδὲν πρὸς ἐκείνου ἄδικον παθὸν

κτέ. VII 35, 6. cf. Hermogenis *περὶ ἰδεῶν* I. II p. 317/18 Walz. At Herodotum non primum mare deum existimasse ex ipsa illa narratione intellegitur.

εὗ νυν τόδ' ἐξεπίστασο, ὡς ἐν τοῖσι ὥσι τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμὸς VII 39, 6. Verbum οἰκέει apud Herodotum haud raro idem valet atque positum esse aut inesse in aliqua re. cf. οὗτος ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει ἀντίον Βουβάστιος πόλιος II 166, 4 et τότε ἑκατὸν πόλιας οἰκῆσαι περὶ τὴν Τριωνίδα λίμνην Ἑλληνίδας πᾶσαν εἶναι ἀνάγκην IV 179, 18. cf. etiam Sophoclis Oed. R. 1390.

τῇ Ἑλλάδι πενή μὲν αἰεὶ κοτε σύντροφος ἐστὶ, ἀρετὴ δὲ ἑπακτος ἐστὶ, ἀπὸ τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ VII 102, 4. σύντροφος translata notione satis est usitatum. cf. Hippocratis p. 307, 18 Foes νοῦσος ἐκ παιδίου σύντροφος, Thucydidis II 50; Platonis polit. p. 267 E, 273 B; legg. XII p. 949 C; Polybii IV 20, 7. Atque verbum κατεργάζεσθαι vix ad homines potest spectare, qua re scriptorem illas notiones humana specie exornare minime voluisse apparet.

ὡς ἦκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἑωντοῦς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, πειθῶ τε καὶ ἀναγκαίην VIII 111, 7. Quae notiones, quas ipse Themistocles deas nominat, iam in epicis carminibus dearum partes agunt. cf. II. Z 85 ἀναγκαίη γὰρ ἐπέγει, Hesiodi theog. 349 Πειθῶ, op. 73 πότνια Πειθῶ. Andrii in eodem capite imitando per ridiculum effingunt deas πενήνην καὶ ἀμηχανίην (14).

λοῦσι δὲ σφι φήμη τε ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν — ἡ δὲ φήμη διήλθε σφι — φήμη τοῖσι Ἑλλήσι τοῖσι ταύτη ἐσαπίκετο IX 100, 2. ἡ φήμη συνέβαινε ἔλθοῦσα — πρὶν τὴν φήμην ἐσαπικέσθαι — ὡς μέντοι ἡ κληδὼν αὐτῇ σφι ἐσέπτατο IX 101, 7. Quam translationem in communi Graecorum loquendi more fuisse verba Herodoti clare demonstrant, qui eadem verba iteravit. E. g. cf. etiam Euripidis Herc. fur. 1166, Rhés. 656.

Herodotus igitur aut de veris Graecorum deis verba fecit aut vocabulis in cotidiana quoque sermonis consuetudine translatis usus est neque umquam ad exornandam orationem sua sponte et voluntate inanimas res natura induit humana. At hi restant loci, quibus illius generis translatio inesse videtur:

μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιον ἔβαλε VI 27, 10. Translationem ab athletarum lingua petitam

esse certum est. Bekker Anecd. p. 40 *εἰς γόνυ πεσεῖν· ἐπὶ τῶν ὑπὸ βίας κλινομένων εἰς τὴν γῆν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι βιαζόμενοι μόλις κλίνονται καὶ οὐκ ἐξαίφνης.* cf. Aeschyli Pers. 910 *Ἀσία δὲ χθῶν, βασιλεῦ γαίας, αἰνῶς αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται.* At non est proprium illius translationis urbem hominis vel athletae specie indui, sed proprium atque insigne est illam rei publicae ruinam, quae sola mente percipi potest, oculis quasi subici. Qua re illa verba sunt ex veris ut Homericis ita Herodoteis translationibus, quae res a sensibus sevocatas visu tactuque manifestas reddunt.

*ἔπεστι γὰρ σοφὶ δεσπότης νόμος, τὸν ὑπερδαιμίνουσι πολλῶ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ σέ VII 104, 19.* Quam elocutionem, quamquam e conexu facilem habet explicatum (*Ἐέρξης ὁ τῶν Περσέων δεσπότης — νόμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων δεσπότης*), tamen propius accedere ad similitudinem nonnullarum translationum, quibus sophistae usi sunt, concedendum est. cf. Hippiae verba in Plat. Prot. *ὁ δὲ νόμος τύραννος ὦν τῶν ἀνθρώπων*, Gorgiae in Palamedis defensione *νόμους γραπτὸς φύλακας τοῦ δικαίου*, Heracliti *τρέφονται γὰρ πάντες οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι ὑπὸ ἐνὸς τοῦ θείου κτέ.* At hanc unam elocutionem Herodotum a sophistis didicisse mea quidem sententia minime est probabile, praesertim cum ipsam illam translationem Pindarus usurpaverit in versu quantum perspicimus celeberrimo. Quem attulit et ipse Herodotus in l. III 38, 21: *καὶ ὀρθῶς μοι δοκεῖ Πίνδαρος ποιῆσαι νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι* et Callicles in Plat. Gorg. p. 484 B (frg. 151 Boeckh). Herodotus igitur in illa elocutione usurpanda non sophistas sed potius poetam, quem ipse appellat, imitatus esse videtur. In utroque loco vocabulo *νόμος* diversam subici notionem nostra nihil interest<sup>1)</sup>.

Quibus omnibus consideratis Herodotum in illa via, quam ducere ab Hesiodi theogonia et philosophorum veterum scriptis usque ad sophistas vidimus, sophistarum vestigia non persecutum esse nobis certum videtur.

1) cf. Ed. Meyer, Forschungen zur alten Geschichte vol. II, 1899, p. 253 adn. 2.

Ad finem perduximus hoc de poetica sophistarum atque Herodoti elocutione caput. Ea quae invenimus, nunc paucis complecti mihi liceat. Oratio Herodotea vacat illis frigidis verborum lenociniis, de quibus Aristoteles sophistas obiurgat. In compositis verbis formandis extra fines communis Graecorum consuetudinis non excedit. Apposita prorsus supervacanea et inutilia apud eum nobis non occurrerunt. Translationibus neque nimis crebris neque altius repetitis usus est. Neque ea, quae praeterea propria fuisse sophistici stili vidimus, in Herodoti libris invenimus. Qui neque grammaticas nominum potissimum et appositorum rationes inter se permutavit neque notiones aut res inanimas humana induit natura.

Iam restant nonnulla vocabula, quibus praeter Herodotum aut sophistas poetae soli usi esse videntur, quae quamquam propter ingentem Graecarum litterarum ruinam raro modo certum fieri potest iudicium, tamen breviter perstringenda sunt. In universum hoc statuendum videtur illas quoque voces Herodotum et sophistas e diverso fonte hausisse. Illum enim<sup>1)</sup> Homericam maxime elocutionem imitatum esse constat, hos tragicis potissimum et dithyrambicis usos esse vocabulis iam veteres de arte rhetorica scriptores iudicarunt<sup>2)</sup>. Quod reliquii ipsis excussis prorsus confirmatur, neque Engelbertus Drerup Protagoram epicam secutum esse dictionem suo iure contendit<sup>3)</sup>. Vocabula enim, quae poetis solis concessa esse videntur, omnia fere legimus apud tragicos poetas, nullum apud Homerum. *εὐδίη* (frag. 9 Diels), cuius vocis poeticus tamen color satis est dubius, in Homeri carminibus certe non occurrit. *εὐπομίη* (ibid.) alibi non legitur nisi apud Xanthum (cf. Suid. s. v.) et posterioris aetatis scriptores, veluti apud Dionysium Hal. et Lucianum, contra adiectivum *εὐπομος* usurpaverunt iam Aeschylus in Ag. 233 et Sophocles in frag. 146 Nauck. *ἀνωδυνίη* praeter Protagoram medici tantum scripserunt (in Pindari Pyth. 3,6 nunc legitur *νωδυνίας*); *ἀνώδυνος* in So-

---

1) cf. Förstemann, de vocabulis quae videntur esse apud Herodotum poeticis. Parthenop. 1892.

2) cf. Dionys. Hal. Lys. 3 (*οὐ πόρρω διθυράμβων*, cf. s. p. 7).

3) in Unters. zur älteren griech. Prosalitteratur 1901 p. 222.

phoclis Phil. 883. *νηπενθέως* est verbum ἔπαξ λεγόμενον, cum in Odysseae l. IV 221 eo adiectivo notetur medicamentum (cf. Theophrasti *περὶ φυτῶν ἱστορ.* IX 15,1 et Luciani *περὶ ὀργήσεως* 79. Anth. Pal. IX 525, 14). Idem dicendum est de ceteris sophistis. Cf. Prodicī *ἐργάτης* Xen. mem. II 1 § 27 (Soph. Ant. 252), *παραστάτις* = adiutrix § 32 (*παραστάτης* Pind. Nem. 3, 36, Aesch. Pers. 933, Eurip. Heraclid. 88 [fortasse eum qui iuxta constitit, significans], *παραστάτις* Soph. Oed. Col. 559 [dubium qua notione]); Antiphontis *λύπημα* frg. 49 D. 131 Bl. (Soph. Trach. 554, Cass. Dion. 55, 17), *νεοτήσιος* ibid. (Ps. Phocylid. 213, Callistrati *ecphr.* p. 428, 16 et 434, 20 Kayser), *σκίρτημα* ibid. (Aesch. Prom. 674, Eurip. Bacch. 169, Herc. fur. 836). In Gorgiae reliquiis nullae fere eius generis voces leguntur. Contra epicis verbis sophistae non usi sunt nisi eis, quae apud posterioris quoque aetatis aut poetas aut scriptores satis sunt usitata, veluti Protagorae *ἄιστοῦν* Plat. Prot. p. 321 A, Prodicī *τλήμων* Xen. mem. II 1 § 30, Antiphontis *πότμος* frg. 49 D, Gorgiae *ἰσόθεος* Hel. 4, *πολύδακρυς* Hel. 9.

Apud Herodotum quoque tragica nonnumquam vocabula legi minime est negandum<sup>1)</sup>. At ipsos tragicos poetas in diverbiis satis crebro Ionicas usurpasse fomas voces elocutiones inter omnes constat<sup>2)</sup>. Quae cum ita sint omnia illa verba, quibus Herodotus et tragici communitur usi sunt, Ionica esse apud tragicos, non tragica apud Herodotum haud improbabile videtur. Et ut nonnulla Herodotus e tragica deprompserit dictione<sup>3)</sup>, amico Sophoclis poetae certe non erat, quod illa a sophistis disceret. Qua re Herodotum in oratione ad poetarum morem exornanda sophistarum eiusdem aetatis vestigia instittisse minime potest probari.

---

1) cf. Förstemann l. c. p. 66 sqq.

2) quas collegit Rutherford, Zur Gesch. d. Attizismus übers. v. Funck in: Jahrb. f. Philol. Suppl. Bd. 13 p. 360 sqq. Sed cf. etiam Wilamowitz, Hom. Unters. p. 310 sq.

3) veluti *δοῦλιον ζυγόν* VII 8 γ 12. cf. Aesch. Pers. 52, Ag. 917, 1180, Eur. Troad. 600, sed etiam Il. Z 463 et Odys. ε 323 (*δοῦλιον ἦμαρ*).

---



## Caput II.

### De Gorgieis quas vocant figuris.

Et Cicero et Dionysius Halicarnassenus et omnes fere posterioris aetatis rhetores Gorgiam Leontinum celeberrimas illas figuras invenisse contendunt<sup>1)</sup>. Contra scriptores antiquiores nihil de hac re testantur. Plato nonnumquam tinnitum Gorgiae orationis illudens<sup>2)</sup> de antithetis aut isocolis verba non facit. Neque aut Aristoteles aut Anaximenes in libris de arte rhetorica, quamquam satis copiose figuras tractant<sup>3)</sup>, ullam scripserunt litteram de figurarum auctore. Et tamen Aristotelem Gorgiae genus dicendi accuratissime perscrutatum esse supra vidimus. Tamen ut figurarum usum illustraret, omnia fere exempla ab Isocrate, nullum a Gorgia sumpsit. Primus Timaeus contendisse videtur, Gorgiam figuras invenisse<sup>4)</sup>.

Quid ex his antiquissimis testimoniis colligendum est? Hoc credo illas figuras exceptis fortasse adnominationibus similibusque schematis ipsius Gorgiae temporibus haudquam plane novas et inauditas aequalibus visas esse, id quod prorsus confirmatur ipsis veterum poetarum et scriptorum reliquiis perlustratis. Iam in Homeri carminibus omnia figurarum genera legimus et ex eius tempore apud omnes fere scriptores<sup>5)</sup>.

Quae cum ita sint, utrum Herodotus, quem ipsum quoque

---

1) cf. Cic. or. 49, 165; 52, 175; Dionys. Hal. de admir. Demosth. c. 25 ac saepius. Aquil. Rom. de figuris lib. § 21. Sed cf. etiam Quintiliani l. IX 3, 74.

2) Gorg. p. 467 B. conviv. p. 185 C. 198 C. Agathonis verborum (197 D, E) insigne mihi videtur appellationum abundantia et adnominationes.

3) Aristot. art. rhet. l. III 9; rhet. ad Alex. c. 27—29.

4) Diodori l. XII 53; Dionys. Hal. de Lys. 3; cf. Norden, Kunstprosa I p. 15 sq.

5) A. Nieschke, de Thucydide Antiphontis discipulo et Homeri imitatore. Progr. Münden 1885. p. 37 sqq.; Norden, Antike Kunstprosa I p. 16 sqq. Telephum Pergam. iam duos libros *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρου σχημάτων ἡτοικῶν* conscripsisse Suidas s. v. narrat.

figuris usum esse constat, communem Graecorum consuetudinem an Gorgiae vestigia subsecutus sit, quaerere haud supervacaneum est<sup>1)</sup>, et certa Gorgiae dictionis insignia iterum nobis quaerenda sunt. Iam ad singula transeo.

### 1. De verbis contrarie relatis.

Ab initio Graecis insitum erat et innatum contrariis verbis referre contraria. Cuius consuetudinis indicium est frequens particularum  $\mu\acute{\epsilon}\nu$  —  $\delta\grave{\epsilon}$  usus, quae tam propriae sunt Graecorum linguae, ut in alium sermonem vix possint converti<sup>2)</sup>. Atque sunt antitheta non dictionis figurae, sed certum quoddam cogitandi genus<sup>3)</sup>. Qua re Graecos non alterum ab altero illam cogitandi formam didicisse illico apparet, sed sua quisque sponte ut in cogitando sic in loquendo contrariis utebatur verbis. Quae contraria apud Gorgiam primum veras esse elocutionis figuras infra videbimus.

Id quod Graecis est innatum, Homeri carminibus excussis facillime potest intellegi. Cuius in sermone duo potissimum sunt respicienda. Ac primum quidem verba contrarie relata in orationibus creberrima sunt, quod idem valet de ceteris figuris. Quare plurimae figurae occurrunt in nono Iliados libro, qui orationibus scatet (cf. Nieschke l. c. p. 44 sqq.). In concitatio- nimirum orationum elocutione Graeci crebrius figuris usi sunt. Porro Homerus haud raro notionem, quae simplex nobis et una esse videtur, in duas disiunxit, sive partes voculis  $\kappa\alpha\iota$  —  $\kappa\alpha\iota$  vel similibus connectit, sive voculis  $\mu\acute{\epsilon}\nu$  —  $\delta\grave{\epsilon}$  alteram alteri opponit. Quem dicendi modum omnium Graecorum pro-

---

1) Herodoteas figuras collegerunt P. Kleber, de genere dicendi Herodoteo quaest. select. Progr. Löwenberg i. Schl. 1890; A. Nieschke, de figurarum quae vocantur  $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\alpha$   $\Gamma\omicron\rho\rho\upsilon\lambda\iota\alpha$  apud Herodotum usu. Progr. Münden 1891.

2) cf. Norden l. c. p. 25 adn. 3, qui demonstravit, quam raro barbari Graeca loquentes lingua illis particulis usi essent.

3) quod rectissime monuit Norden l. c. p. 18 sqq. Ob eam rem philosophi, quorum in disciplina antitheta summi sunt momenti, iidem creberrime illa usi sunt figura, Heraclitum dico et Eleatas et Empe- doclem.

primum fuisse constat<sup>1)</sup>. Duae notiones, quae coniunctae una et simplici continentur, e. g. in his versibus copulatae sunt:

Θ 27 τόσσον ἐγὼ περὶ τ' εἰμι θεῶν περὶ τ' εἰμ' ἀνθρώπων.

Σ 107 ὡς ἔρις ἐκ τε θεῶν ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιο.

δ 833 ἢ που ἐτι ζῶει καὶ ὄρᾳ φάος ἡελλοιο

ἢ ἤδη τέθνηκε καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν.

ι 521 οὔτε θεῶν μακάρων οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

τ 329 ὃς μὲν ἀπηνῆς ἀντὸς ἔη καὶ ἀπηνέα εἶδη (cf. 332).

426 ἦμος δ' ἠέλιος κατέθυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλθεν.

χ 220 κτήμαθ' ὀπόσσα τοι ἔστι, τὰ τ' ἐνδοθι καὶ τὰ θύρῳφιν.

415 οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ὅτις σφέας εἰσαφίκοιο.

Maioris momenti sunt verba contrarie relata, quorum haec exempla profero:

E 751 ἡμὲν ἀνακλῖναι πικινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι.

I 97 ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.

Π 282 μνηστῆρον μὲν ἀπορρῖσαι, φιλότῃτα δ' ἐλέσθαι.

Σ 307 ἀλλὰ μάλ' ἄντην

στῆσομαι, ἢ κε φέροιτο μέγα κράτος ἢ κε φεροίμην.

β 69 ἢ τ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἡμὲν λύει ἠδὲ καθίξει.

δ 230 φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

θ 29 ἢ ἐπὶ πρὸς ἠοίων ἢ ἐσπερίων ἀνθρώπων.

ι 280 ἢ που ἐπ' ἐσχατιῆς ἢ καὶ σχεδόν, ὄφρα δαείω.

λ 120 κτείνης ἢ δόλω ἢ ἀμπαθὸν ὄξει χαλκῷ.

ξ 162 τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ' ἰσταμένοιο.

444 θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἑάσει.

Ubique fere ea notio substitui potest, quae duas complectitur, sed Graecorum elocutionem multo expressius res sub aspectum subicere apparet.

Sed ut ad Gorgiam referam orationem, nunc certa Gorgiae dictionis insignia nobis quaerenda sunt, quibus Gorgieam figuram ab usitato et trito sermone Graecorum internoscere

1) cf. Haupt, opusc. I p. 246 sqq.; Wilamowitz, Herakles vol. II<sup>a</sup> p. 231 sq.; Timotheos' Perser 1903 p. 68 adn. 1; Diels, Parmenides 1897 p. 66. Commentatione iam confecta accipio librum Ernesti Kemmer, qui inscribitur Die polare Ausdrucksweise in d. griech. Litt. 1903 (Beitr. z. hist. Syntax d. gr. Spr. ed. M. Schanz).

possimus. Ac primum quidem omnia quae vocantur schemata in exiguis Gorgiae reliquiis creberrima, in novem libris Herodoteis satis rara esse haud quisquam negaverit, quamquam plane certum hoc argumentum non esse perspicuum est. Duo autem propria esse mihi videntur Gorgiae contrariorum:

1) Homerum antithetis usum esse vidimus, quibus universam notionem in duas contrarias partes divisit ut rem distinctius describeret. Cuius generis apud Gorgiam unum modo exemplum inveni: Pal. 12 *ἀλλ' οὐκ ἐμὸν ταύτας* (sc. *πύλας*) *οὔτε κλῆειν οὔτ' ἀνοίγειν, ἀλλ' ἡγεμόνες κύριοι τούτων*. Contra satis crebra sunt antitheta, quorum cōla non ad unam notionem referuntur, sed quorum alterum colon notionem quae requiritur significat, alterum scriptor adiunxit, ut contrarium exsisteret. Alterum igitur colon plane supervacaneum est et inutile<sup>1)</sup>:

*οὔτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν* frg. 6 D 5 S. Quae satis inepta esse apparet, siquidem virtutem tantum mortuorum laudare voluisse oratorem certum videtur.

*τὸ γὰρ τοῖς εἰδόσιν ἂ ἴσασι λέγειν πίστιν μὲν ἔχει, τέρψιν δὲ οὐ φέρει* Hel. 5. *πίστιν μὲν ἔχει* plane inutile est neque utrumque colon in unam universam notionem contrahi potest.

*φῆσει τις ὡς χρήμασι τὴν πίστιν ἐπιούμεθα, κείνος μὲν διδούς, ἐγὼ δὲ λαμβάνων* Pal. 9. Non solum unum sed utrumque colon facile desiderari potest. Accedunt autem verba ad similitudinem Homeri vel communis Graecorum consuetudinis.

*φῆσαιμι δ' ἄν, καὶ φήσας οὐκ ἂν ψευσαίμην οὐδ' ἂν ἐλεγχθεῖην* Pal. 30. Quorum alterum colon supervacaneum est.

2) Nonnulla Gorgiae antitheta sunt falsa propterea quod verba re vera non sunt contraria, veluti *λαθῶν* — *φυγῶν, νέμειν* — *φθόνον* frg. 6 D. *πίστιν* — *τέρψιν* Hel. 5. *ἀλεξήτριον* — *προβλήματα* Hel. 16. *ὡς ἀμάρτημα μεμπτέον* — *ὡς ἀτύχημα νομιστέον* Hel. 19.

Negari igitur non potest plerisque Gorgieis antithetis rectissime significari res ipsas inter se oppositas. Qua re Engelberti

---

1) quamquam ne huius quidem generis antitheta apud Gorgiam primum scripta sunt. cf. Kemmer l. c. p. 57 sqq. et 62 sqq.

Drerup sententiam comprobo, qui Gorgiae rationem in hunc modum descripsit<sup>1)</sup>: '(Es wird) die Ordnung der Gedanken und damit auch ihr sprachlicher Ausdruck bei Gorgias durch und durch von der Antithese beherrscht: so sehr, daß sich bei ihm überhaupt kein Gedanke zur Klarheit durchringen kann, ohne daß nicht auch gleichzeitig sein Gegenbild in der Antithese sich eingestellt hätte. Die Antithese ist also der bestimmende Faktor des gorgianischen Stiles. — Deshalb ist es eine sonderbare Verkennung der Grundbedingungen dieses Stiles, wenn man allgemein mit der antiken Stilkritik die Antithese zu den eigentlichen gorgianischen »Figuren« rechnet. Gorgias hat vielmehr den Gegensatz zur Grundlage seines Stiles genommen und auf dieser Grundlage das komplizierte System der schmückenden Figuren aufgebaut.' Sed hac in re Herodoteam dictionem cum Gorgiae comparare nequimus, cum numeris nil certi coargui possit, etsi Gorgiam antithetorum multo studiosiorem fuisse Herodoto haud quisquam negaverit. Accedit quod illam cogitandi rationem, quamquam in Gorgiae oratione maxime est conspicua, tamen omnium Graecorum communem fuisse supra vidimus, quam rationem Herodotus a Gorgia certe non didicit.

Herodotus omnibus Gorgieis quae vocantur figuris in orationibus potissimum usus est. Sed ad Gorgiae exemplum figuris eum studuisse minime concludendum est<sup>2)</sup>, siquidem idem iam in Homeri carminibus invenimus. Ea autem contraria quae res significant inter se oppositas, numquam studiose excogitata sunt, quia sententia ipsa scriptori elocutionem statim praebet. Eas modo elocutionis figuras consulto scriptas esse certum est, quae notiones significant non contrarias inter se. Haec igitur Gorgiae dictionis insignia in Herodoti libris quaeramus<sup>3)</sup>.

1) Et primum quidem videamus num apud eum contraria

---

1) E. Drerup, Die Anfänge d. rhet. Kunstprosa l. c. p. 261.

2) Norden l. c. I 28.

3) Acquievi in exemplis a Kleber et Nieschke ll. cc. collectis, quorum ille figuras maxime conspicuas omnium librorum, hic omnes fere figuras priorum quattuor librorum congessit.

inveniamus, quorum alterum colon plane supervacaneum est et inutile? Haud raro unam notionem in duas partes inter se oppositas divisit, quam figuram apud Gorgiam rarissimam, in Homeri atque omnium scriptorum sermone satis usitatam fuisse vidimus. Exempla haec sunt:

*καὶ κελθὶ συγκυβεύειν τῇ Δήμητρι, καὶ τὰ μὲν νικᾶν αὐτήν τὰ δὲ ἐσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς* II 122, 3.

*Αἰγύπτου τὰ μὲν ἔνω κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω ἔνω* III 3, 12.

*οὐδὲ ὄκως τι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκος τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ μικρόν* III 62, 11 (quae figura frequentissima est, cf. Herodoti V 106, 13; Odyss. κ 94).

*τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἐργοισι οἶδα μαθῶν* V 24, 6.

*ἀποχοῶ τέ μοι Σπαρτιήτησι ἀρεσκόμενον ὄσια μὲν ποιέειν, ὄσια δὲ καὶ λέγειν* IX 79, 10.

Quae omnia non differunt ab Homericis exemplis supra prolatis, cum Gorgiae dictione non sunt comparanda. Restant hi loci:

*τὴν μέντοι ἐπειρώτησιν ταύτην ἄρξειν Λακεδαιμονίοισι ἢ μυρίας κακότητος ἢ μυρίας εὐδαιμονίης* VI 67, 11. Ad quae Stein adnotavit haec: 'Der Redner nimmt bloß das erste Glied ernstlich; das andere bildet nur einen rhetorischen Kontrast. Vgl. V 89, 15. VII 8 γ 14. VIII 68 γ 6. II ι 79 νύξ δ' ἤδ' ἢε διαρραίσει στρατὸν ἢε σώσει. Soph. Ai. 131 ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν Ἄπαντα τάνθρώπεια.' At neque in Homeri neque in Sophoclis versu alterum colon desiderari potest. Namque Nestor et timet ne exercitus deleatur, et sperat eum servatum iri, et Minerva casus humanarum rerum dubios esse dicit. Demaratus autem ipse quoque in loco Herodoteo significat hoc die fortunam Lacedaemoniorum in apertum evasuram esse discrimen<sup>1)</sup>. Idem dici debet de his locis:

*ἦν δὲ αὐτίκα ἐπιστρατεύονται, πολλὰ μὲν σφέας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν* V 89, 13. Quibus verbis haec subicienda est vis: bellum geretur magnis utriusque partis detrimentis, quamquam prius colon maioris esse momenti concedendum est.

1) eadem ratione locum interpretatus est Kemmer l. c. p. 44 sq.

*οὕτω οἱ τε ἡμῶν αἰτιοὶ ἔξουσι δούλιον ζυγὸν οἱ τε ἀναίτιοι* VII 8γ 12. Stein: 'οἱ τε ἀναίτιοι ist nur ein rhetorischer Zusatz des Kontrastes wegen.' At verbo *αἰτιοὶ* Xerxes Athenienses denotat, quos puniturus est, verbo *ἀναίτιοι* autem reliquas gentes, quas Atheniensibus victis in ditionem suam se redacturum esse sperat.

*τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοί* VIII 68γ 4. Stein: 'τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοί, hier nur ein rhetorischer Gegensatz.' At ne haec quidem concedo. Verba enim proverbii quasi locum obtinent, cuius prius modo colon in Xerxem cadere Artemisia ipsa dicit: *σοὶ δὲ ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων κακοὶ δοῦλοί εἰσι*.

Itaque ne unum quidem contrarium in Herodoti libris nobis occurrit, cuius alterum colon plane inutile adiunctum est ut figura exsistat.

2) Alterum hoc erat quod Gorgias haud raro vocabula non opposita inter se in antithetis collocavit. Cuius generis nullum omnino exemplum in Herodoteis scriptis me repperisse confiteor.

Quae cum ita sint, quae Gorgiae contrariorum propria esse vidimus, apud Herodotum nullo modo investigavimus. Qui illis figuris eadem usus est ratione, qua omnes Graecorum poetae et scriptores.

## 2. De membris aequalibus.

Gorgiam non primum membra enuntiat aequavisse per se intellegitur, nam in contrariis aut in enumerationibus alterius coli vox haud raro respondet alterius voci. Gorgiaeae autem figurae haec mihi esse videntur propria:

1) Membra aequalia apud Gorgiam sunt creberrima. Quae multo certior quam contrariorum nota est, quia antitheta duo modo cola continent, isocola quamvis multa. Quicumque Gorgiae legit reliquias, memoria tenet longos isocolorum ordines, veluti hos:

*ὕβρισται εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἀφοβοὶ εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς* frg. 6 D 5 S.  
*σεμνοὶ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὄσιοι δὲ πρὸς*

τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ, δίκαιοι <μὲν> πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει *ibid.*

κόσμος πόλει μὲν εὐανδρία, σώματι δὲ κάλλος, ψυχῇ δὲ σοφία, πράγματι δὲ ἀρετῇ, λόγῳ δὲ ἀλήθεια *Hel. 1.*

τὸν μὲν γε νόμον παραβαίνει, τὴν δὲ δίκην καταλύει, τὸ δὲ θεῖον ἀτιμάζει, τὸ δὲ πλῆθος διαφθείρει *Pal. 17.*

Quibus adiungere mihi liceat longos simplicium vocum ordines, quibus redundat Gorgiae oratio, quamquam non sunt isocola:

ἄνδρα δὲ καὶ γυναῖκα καὶ λόγον καὶ ἔργον καὶ πόλιν καὶ πρᾶγμα *Hel. 1.*

συνήλθομεν, εἶπομεν, ἠκούσαμεν *Pal. 11.*

τῷ νόμῳ, τῇ δίκῃ, τοῖς θεοῖς, τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων *Pal. 17.*

φράσον τούτοις <τὸν τρόπον>, τὸν τόπον, τὸν χρόνον, πότε, ποῦ, πῶς εἶδες — αὐτὸς ἐλθέτω, φανήτω, μαρτυρησάτω. *Pal. 22.*

πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ παλαιὰ καὶ νέα *Pal. 27.*

δεινὸν ἄθεον ἄδικον ἄνομον ἔργον *Pal. 36.*

2) Studio quodam scriptorem membra aequavisse ex ea quoque re emergit, quod vocabula plane supervacanea isocoli causa adiecit, veluti:

ἐνοπλίῳ in: ἐνοπλίῳ ἐριδος *frg. 6 D 5 S.*

εὐξίαν in: οἱ δὲ ἀλκῆς οἰκείας εὐξίαν *Hel. 4* loco οἱ δὲ ἀλκῆν οἰκείαν — ἔσχον.

ὑβρίσας in: ὅτι ὁ <μὲν> ἀρπάσας ὡς ὑβρίσας ἠδίκησεν *Hel. 7.*

3) Isocoli causa Gorgias nonnumquam dura et inaudita usus est elocutione, veluti:

ὢν οἱ μὲν πλοῦτου μεγέθη, οἱ δὲ εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξίαν, οἱ δὲ ἀλκῆς οἰκείας εὐξίαν, οἱ δὲ σοφίας ἐπικτήτου δύναμιν ἔσχον *Hel. 4,* quibus de verbis *cf. s. p. 24.*

ἦλθε γὰρ οἷς ἦλθε τύχης ἀγρεύμασιν, οὐ γνώμης βουλευμασιν, καὶ ἔρωτος ἀνάγκαις, οὐ τέχνης παρασκευαῖς *ibid.;* loco verborum τέχνης παρασκευαῖς rectius dicendum erat: τεχνικαῖς vel δολαῖς παρασκευαῖς.

Herodotum ipsum quoque interdum aequalia scripsisse cola non mirum est. Qua in re num Gorgiae persecutus sit vestigia, nunc nobis est quaerendum.



1) Apud Gorgiam enuntiata quattuor vel quinque membrorum invenimus; contra in Herodoti libris ampliora isocola mihi non occurrebant nisi haec:

*καὶ οὐδὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἐτεροιωθῆναι, οὔτε τὰ ἐκ τῆς γῆς οὔτε τὰ ἐκ τοῦ ποταμοῦ σφι γινόμενα, οὔτε τὰ ἀμφι νόσους οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους* II 142, 18: quattuor cola.

*πάλλω μὲν ἀρχὰς ἄρχει, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, βουλευ- ματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει* III 80, 28: tria cola.

*ἦν μὴ θρυπιθεὶς γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν, ὧ Πέρσαι, ἢ μύες γενόμενοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε, ἢ βάρβαροι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐσπηδήσητε* IV 132, 9: tria cola.

Quorum satis amplum primum modo est exemplum, cuius cola exaequare Herodotus minime studuit. Tantum enim abest ut quattuor aequalia membra coniunxerit, ut interiectis vocabulis *σφι γινόμενα* bina copulaverit. Qua re vocabula *ἐκ τῆς γῆς* et *ἐκ τοῦ ποταμοῦ*, *ἀμφι νόσους* et *κατὰ τοὺς θανάτους* opposita sunt inter se. Consulto igitur Herodotus longiorem isocolorum ordinem disturbavit. In altero loco duo modo cola aequata sunt; atque in ultimo quoque aequalitatem membrorum Herodotus delevit voce *ὧ Πέρσαι* interposita et verborum ordine commutato (*ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν — κατὰ τῆς γῆς καταδύητε*). Unde apparet quam alienum sit ab Herodoti elocutione illud Gorgiae cola exaequandi studium.

Simplicium autem verborum ordines inveni hos:

*ποίησαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα* I 23, 8: tres voces copulatae.

*ἄπηρος δὲ ἐστὶ, ἄνουσος, ἀπαθῆς κακῶν, εὐπαις, εὐειδῆς* I 32, 36: quinque vocabula.

*κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους καὶ φιάλας χρυσείας καὶ εἴματα πορφύρεα καὶ κισθῶνας* I 50, 3: quattuor vocabula.

*ἡμεῖς μὲν τοξεύομεν τε καὶ ἀκοντίζομεν καὶ ἱππαζόμεθα* IV 114, 12: tria vocabula.

In Gorgiae reliquiis plerumque quattuor vel etiam sex membra legimus. Contra apud Herodotum non aequata sunt cola nisi trium membrorum. In I 32 Gorgiae discipulo certe dicendum erat: *ἐστὶ δὲ ἄπηρος ἄνουσος ἄλπος εὐπαις εὐειδῆς*. Atque in I 50 Herodotus membra variavit quod uni substantivo nullum uni duo epitheta adiunxit.

2) *Vocabula plane inutilia et supervacanea Herodotum scripsisse ut cola exaequaret, nullo modo potest probari, neque ullum huius elocutionis exemplum mihi quidem occurrebat.*

3) *Ut isocoli causa mira et inaudita Herodotus usus sit elocutione, tantum abest, ut haud raro cola, quae facile potuit exaequare, quacumque ratione variaverit. Qua re eum Gorgiam minime secutum esse apparet. Nonnulla iam supra protuli exempla, pauca ut clarius res eluceat, nunc addam:*

*τόδε τὸ τόξον ᾧδε διατεινόμενον καὶ τῷ ζωστήρι τῷδε κατὰ τὰδε ζωννύμενον IV 9, 21: τόδε τὸ τόξον respondet verbis τῷ ζωστήρι τῷδε et ᾧδε vocabulo κατὰ τὰδε.*

*καὶ σιμοὶ καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα, φωνὴν δὲ ἰδίην ἴεντες, ἐσθῆτι δὲ χρεώμενοι Σκυθικῇ, ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων IV 23, 7.*

*Αἰγινῆται δὲ εὐδαιμονίῃ τε μεγάλῃ ἐπαρθεύοντες καὶ ἐχθρῶς παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους V 81, 5.*

*οἱ δὲ Ἴωνες ὀρθῶντες τοὺς μὲν ἀμυνομένους τῶν πολεμίων τοὺς δὲ σὺν πλήθει πολλῶ προσφερομένους V 101, 16.*

*τὰ μὲν παρὰ τοῦ Ἰστιαίου δοῦναι φέροντα τοῖσι περ ἔφερε, τὰ δὲ ἀμοιβὰτα τὰ παρὰ τῶν Περσέων ἀντικεμπόμενα Ἰστιαίῳ ἑαυτῷ δοῦναι VI 4, 7.*

*ἔρχειν τε εἴλοντο λυπρὴν οἰκίοντες μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν IX 122, 19.*

*Quae exempla facile possunt augeri, sed iis quae protuli quam aversus fuerit Herodotus a membrorum aequalitate, satis perspicitur.*

### 3. De adnominatone.

*Nunc de adnominatone similibusque figuris dicendum est, quarum iam Platonem nonnumquam mentionem fecisse supra vidimus. Tamen illae quoque figurae ante Gorgiae tempora in Graecorum litteris non defuerunt. Qua re quaestio subdifficilis existit, utrum Herodotus in usurpanda adnominatone communem consuetudinem secutus an Gorgiae rationem imitatus sit.*

*Cuius figurae tria potissimum genera mihi discernenda videntur. Aut voces in similes cadunt syllabas (homoeoteleuta) aut tota vocabula sunt similia, ubi distinguenda eiusdem stirpis*

verba a verbis diversae: cuius generis illam figuram appellare mihi liceat paronomasiam, hanc parechesin, quamquam neque veteres neque recentiores de arte rhetorica scriptores de hac re consentiunt, quam difficillimam quaestionem hoc loco non movebo<sup>1)</sup>. Quae tria genera etiam Aristoteles adumbrare videtur his exemplis in art. rhet. l. III 9 p. 1410 a 28 prolatis: *τετοκέναι — γεγυέναι, χαλκοῦς — χαλκοῦ, ἀργόν — ἀργόν*.

Paronomasiam etiam in cotidiario Graecorum sermone satis usitatam fuisse constat. Quam figuram a Gorgia certe non didicerunt, sed numquam non scripserunt et opposuerunt inter se varios eiusdem vocis casus aut varios eiusdem adiectivi gradus aut varias eiusdem verbi formas aut voces diversis praepositionibus subiunctas. Accedit quod Graeci nomen verbo eiusdem stirpis adiungere semper solebant<sup>2)</sup>. Quae cum ita sint apud Herodotum quoque illius figurae exempla creberrima esse<sup>3)</sup> haud mirum est. Sed etiam Gorgias ut suam orationem exornaret, paronomasia usus est, qua re iterum nobis quaerendum est, num Herodotus e Gorgiae disciplina illam figuram sumpserit. Tria autem insignia esse mihi videntur Gorgiae elocutionis:

1) Gorgias haud raro paronomasias ita coacervat, ut complures uno enuntiato contineantur, veluti:

*ὑβρισται εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς* frg. 6 D 5 S.  
*τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος οὐκ ἐν ἀθανάτοις σώμασι ξῆ οὐ ζώντων* ibid.  
*πλείστας δὲ πλείστοις ἐπιθυμίας ἔρωτος ἐνεργάσατο, ἐνὶ δὲ σώματι πολλὰ σώματα συνήγαγεν ἀνδρῶν ἐπὶ μεγάλοις μεγάλα φρονούντων* Hel. 4.

1) cf. Blaß, Att. Bereds. I<sup>2</sup>, 1887, p. 143: 'Der Anklang des ganzen Wortes, die Parechesis, — Paronomasie ist, wenn das Wort wirklich dasselbe ist und höchstens in verschiedener Form oder Zusammensetzung erscheint'. cf. e. g. Hermogenis *περὶ ἰδεῶν* l. IV 7. III 169 Walz, Alexandri *περὶ σχημάτων* IX 477 Walz, Phoebamm. *περὶ σχημάτων* IX 500 Walz.

2) cf. Kühner-Gerth, Griech. Gramm. vol. II 1 3. ed., 1898, p. 303 sqq.

3) Kleber l. c. p. 23. Figuras etymologicas Herodoteas collegerunt Böttcher, Der Gebrauch der Kasus bei H. Progr. Halberstadt 1885 et Schäffer, Über den Gebrauch des Akkusativs bei H. Progr. Groß-Strehlitz 1884.

ὁ μὲν ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχείρημα Hel. 7.  
ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων καὶ ἐπεισαν καὶ πείσουσι δὲ  
ψευδῆ λόγον πλάσαντες. εἰ μὲν γὰρ πάντες περὶ πάντων κτέ.  
Hel. 11.

σύνειμι καὶ σύνεστι κάκεινος ἐμοὶ κάκεινῳ ἐγὼ Pal. 7.

τίμι ποτὲ πιστεύσας τοιοῦτος ὢν τοιοῦτου κατηγορεῖς;  
ἄξιον γὰρ καταμαθεῖν, οἷος ὢν οἷα λέγεις, ὡς ἀνάξιος ἀναξίῳ  
Pal. 22.

τοὺς δὲ πρώτους τῶν πρώτων Ἑλλήνας Ἑλλήνων οὐκ  
ἄξιον οὐδ' ἀξιῶσαι Pal. 37.

Quacum coacervatione quaeenam Herodotea elocutio potest  
comparari? Quae in eius libris maxime conspicua videntur,  
proferam ut quantum intersit inter has et Gorgieas elocutiones,  
intellegamus:

ἐν μὲν γὰρ τῇ (sc. εἰρήνῃ) οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπ-  
τουσι, ἐν δὲ τῷ (sc. πολέμῳ) οἱ πατέρες τοὺς παῖδας I 87, 19.  
ἀντι δὲ τοῦ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων ἄρχειν ἀπάντων I 210, 8.  
πεῖθεσθαι οὔτε τοῖσι βασιλεῦσι τὸν δῆμον οὔτε τῷ δήμῳ  
τοὺς βασιλέας IV 11, 13. -

ὑμεῖς οἰκατε τοὺς ἄρχοντας ἔχειν, τοὺς δὲ ἀρξομένους οὐκ  
ἔξειν VII 162, 2.

Quibus in antithetis omnibus scriptorem eadem repetere  
verba coactum esse illico apparet, quae cum Gorgieo illo ver-  
borum tinnitu nullo modo possunt comparari.

2) Deinde Gorgias in una paronomasiae figura complura  
verba coacervavit, veluti:

ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων Hel. 11.

ἀντίκα γὰρ ὅταν πολέμια σώματα [καὶ] πολέμιον ἐπὶ πολε-  
μοῖς ὀπλισθῆ Hel. 16.

πολλὰ δὲ πολλοῖς πολλῶν ἔρωτα Hel. 18.

ὅς εἰ μὲν θεὸς <ὢν ἔχει> θεῶν θεῖαν δύναμιν Hel. 19.

ἐν ᾧ <πάντες> πάντας ὀρῶσι καὶ πάντες ὑπὸ πάντων  
ὀρῶνται. πάντως ἄρα καὶ πάντη ταῦτα πράττειν κτέ. Pal. 12.

μάρτυρα πιστὸν παρεξομαι τὸν παροιχόμενον βίον· τῷ δὲ  
μάρτυρι μάρτυρες ὑμεῖς ἐστε Pal. 15.

ἐτιμώμην γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐντιμωτάτοις ὑπὸ τῶν ἐντιμωτάτων  
Pal. 16.

εὐεργέτην τῆς Ἑλλάδος, Ἑλληνας Ἑλληνα Pal. 36.

Quibuscum figuris conferas velim haec enuntiata Herodotea:

ἢ οὐ φύει κέρεια τὰ κτήνεια ἀρχὴν ἢ φύοντα φύει μόγις IV 29, 7.

κατὰ δὲ τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογινόμενον ποιεῦσι τοιάδε· τὸν μὲν γενόμενον . . . τὸν δ' ἀπογενόμενον V 4, 4.

πολλοὺς μὲν Κορινθίων ἐδίωξε, πολλοὺς δὲ χρημάτων ἀπεστέρησε, πολλῶ δέ τι πλείστους τῆς ψυχῆς V 92 ε 12.

οἱ δὲ Κορινθιοὶ — Ἀθηναίοισι διδοῦσι δεομένοισι εἰκοσι νέας, διδοῦσι δὲ πενταδράχμους ἀποδόμενοι· δωρεὴν γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἔξην δοῦναι VI 89, 6.

ἐν τῇ δύο μὲν εἰσι οἱ ἀδικεῖντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος. ὃ μὲν γὰρ διαβάλλον ἀδικεῖ οὐ παρεόντι κατηγορῶν, ὃ δὲ ἀδικεῖ ἀναπειθόμενος κτέ. VII 10 η 7.

σὺ δ' ἐπεὶ ἠγάγκασας λέγειν τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ κατήκοντα Σπαρτιήτησι VII 104, 3.

ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἐδίκασε VII 194, 9.

σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὐ συμβούλευσας τῆς γενομένης οὐκ ἔδωσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον ὀκτώερα ποιέων ἐπιτύχω εὐ βουλευσάμενος VIII 101, 17.

Quae enuntiata cum Gorgieis figuris vel ob eam rem vix possunt conferri, quod vocabula quae similiter sonant, semper fere vocibus interpositis inter se distant. Qua re Herodotum non modo non ratione et singulari quadam arte similes voces composuisse, sed etiam inscitia quadam et imperitia verba non variasse perspicuum mihi videtur. Contra Gorgias haud raro verborum ordinem, ut similes voces iuxta componat, summa audacia invertit; cf. ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων καὶ ἔπεισαν Hel. 11. τοὺς δὲ πρῶτους τῶν πρῶτων Ἑλλήνας Ἑλλήνων Pal. 37. (cf. Norden, Kunstprosa I 65.) Sola verba ἄδικον δίκην ἐδίκασε an Gorgiae memoriam afferant dubito. Sed δίκην δικάζειν apud omnes Graecorum scriptores pervagata sunt et adiectivum ἄδικον sententia postulabat, quam ob causam ne in illis quidem verbis nobis est offendendum. Accedit enim

3) quod Gorgias ut ad reliquas ita ad hanc figuram scribendam haud raro verba adiecit plane supervacanea, veluti:

βάρβαρος in: ἄξιός οὖν ὁ μὲν ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχείρημα Hel. 7.

περὶ τῶν πλείστων in: ὥστε περὶ τῶν πλείστων οἱ πλείστοι τὴν δόξαν σύμβουλον τῇ ψυχῇ παρέχονται Hel. 11.

τοῦ παρόντος in: καὶ τοῦ παρόντος ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ φρονήματος ἐξέστησαν Hel. 17.

ἐκόντι in: ἀλλ' ἴσως ἐκόντες ἐκόντι παραδώσουσιν Pal. 14.

πρὸς ὑμᾶς in: λοιπὸς δὲ περὶ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐστὶ μοι λόγος Pal. 33.

Atque paronomasiae causa Gorgias nonnumquam mira et verbosa usus est dictione:

ἐνὶ δὲ σώματι πολλὰ σώματα συνήγαγεν ἀνδρῶν Hel. 4.

τὴν δὲ τετάρτην αἰτίαν τῷ τετάρτῳ λόγῳ διεξιμι Hel. 15.

τῶν δὲ τοιούτων ἐστίν, ὅταν ἄνδρες ἄνδρα περὶ θανάτου κρινῶσιν Pal. 34.

Quibus verbis adnumeranda sunt haec:

ἀνάγκης ψηφίσμασιν ἐπραξεν ἃ ἐπραξεν Hel. 6.

ἦλθε γὰρ οἷς ἦλθε τύχης ἀγρευμάσιν Hel. 19.

ὑπὸ θείας ἀνάγκης ἀναγκασθεῖσα ἐπραξεν ἃ ἐπραξεν Hel. 20.

ὁ κατήγορος οὐδεμίαν ἀπόδειξιν εἰρηκεν ὧν εἰρηκεν Pal. 29.

(cf. ἔσχε τὸ ἰσόθεον κάλλος, ὃ λαβοῦσα [καὶ] οὐ λαθοῦσα ἔσχε Hel. 4.)

Quae elocutio a tragica licentia sumpta esse videtur. cf. Aesch. Ag. 1241 Ἰλίου πόλιν πράξασαν ὡς ἐπραξεν, 1348 χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτε, Soph. Oed. R. 1376 βλαστοῦσ' ὅπως ἐβλαστε, Oed. Col. 273 ἰκόμην ἔν' ἰκόμην, 336 εἰς' οὐπερ εἰσί, Eur. El. 85 πράσσονθ' ἃ πράσσω (= Iph. Taur. 692), El. 289 ἐκυρσεν ὡς ἐκυρσεν, Iph. T. 575 ὄλωλεν ὡς ὄλωλε, Med. 889 ἀλλ' ἐσμέν οἶόν ἐσμεν, Or. 79 ἐπλευσ' ὅπως ἐπλευσα, 660 ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω, Tro. 630 ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν<sup>1</sup>).

Quae Herodoti cum illis figuris Gorgiis comparari possint, prorsus me ignorare confiteor. Qui numquam certe, ut inanis ille verborum tinnitus existeret, vocabula plane inutilia inseruit; sed incitiam quadam eadem vocabula saepe iteravit. Quae imperitia facile potest internosci a Gorgiae paronomasias scribendi studio. Herodotus igitur in illa figura usurpanda

1) cf. Wecklein ad Aesch. Ag. 1170.

communem Graecorum consuetudinem, non Gorgiae vestigia secutus est.

Ut apud veteriores Graecorum poetas et scriptores, ita in Herodoti libris parechesis et homoeoteleuton satis raro leguntur. Itaque Herodoteis exemplis veloci oculo percursis num illae figurae in eius oratione tam sint conspicuae, quaerendum est, ut eum quamquam sophistarum argutiis prorsus liberum esse vidimus, tamen in his orationis luminibus usurpandis Gorgiae vestigia instituisse probabile sit.

Parechesis exempla Kleber l. c. p. 22 sq. congegessit, de quorum numero Nieschke l. c. p. 23 iusto iure haud pauca detraxit. Sed mihi quidem etiam alia exempla praetermittenda videntur, quod vocabula aut de eadem stirpe flexa aut parum similia sunt. De eadem stirpe flexa sunt haec verba, quae paronomasiis adnumeranda esse apparet: III 110,7 IV 43,15. 53,22 οὐδὲ οὐδείς, 71,26 οὐδὲν οὐδέ, 137,8 οὐδένα οὐδαμῶν, V 41,4 ἡ προτέρη γυνή τὸν πρότερον χρόνον, 65,7. 92 η 7 VI 139,7 VII 104,4. 135,6 VIII 99,4. 102,15. Alia tam dissimilia sunt, ut Herodotum sensisse parechesin minime sit probabile<sup>1)</sup>, veluti: IV 184,2 ἄλλος ἄλος τε κολωνός, VII 200,2 ὃς ἐκ τῶν ὀρέων τούτων ῥέων ἐς τὸν Ἀσωπὸν ἐκδιδοί, VII 210,3 ὡς οὐκ ἀπαλλάσσοντο ἀλλὰ οἱ ἐφαίνοντο κτέ. VI 79,10 οὐκ ὦρων οἱ ἐντὸς τοὺς ἐκτὸς ὅ τι ἐπρησσον. Restant haec quinque exempla, quae scriptorem ipsum sensisse fortasse est concedendum:

τὰ δέ μοι παθήματα ἔοντα ἀχάρिता μαθήματα γέγονε  
I 207,6.

καὶ χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρονήματα III 122,15.  
σύ νυν ὦδε ποιήσας ὀρθώσεις μὲν σεωντόν, σώσεις δὲ καὶ  
ἐμέ ibid. 16.

λιμόν τε καὶ λοιμόν γενέσθαι VII 171,8.

χρημάτων χρηίζοντες IX 87,7.

Homoeoteleuta collegit Kleber l. c. p. 22, quorum numerum Nieschke l. c. p. 23 suo iure deminuit. Recentiores

1) Qua re non semper mihi contigit figuras a Paulo Kleber notatas reperire.

enim de arte rhetorica scriptores haud raro homoeoteleuta inesse iis voluisse arbitror, quorum extremae syllabae mea quidem sententia vix sunt similes. Homoeoteleuton enim una syllaba finali eaque accentu destituta contineri minime mihi probabile videtur, quam sententiam exempla ab Aristotele et Anaximene prolata confirmant: Arist. art. rhet. III 9 p. 1410<sup>a</sup> 31 *τετοκέναι* — *γεγονέναι*, *φροντίσι* — *ἐλπίσι*, (*κακῶς* — *κακῶς*), *δεινόν* — *ἀργόν*; Anaximenes art. rhet. 28 p. 64, 13 Hammer: *ἐνδεῶς* — *ἐντελῶς*<sup>1)</sup>. Itaque his quoque locis homoeoteleuta inesse denego: I 4, 7 *ἀνοήτων* — *σωφρόνων*, 88, 11 *διαρπάξει* — *διαφορέει*, II 142, 17 et 21; III 46, 5. 72, 18; IV 46, 12 et 15. 69, 12. 132, 11. 139, 13; VII 45, 4; VIII 22, 7. 99, 5. Porro praetermittenda sunt cola, quae in easdem voces cadunt, qua re fortuito saepe homoeoteleuta exstitisse apparet: I 87, 15 *εὐδαιμονίη* — *κακοδαιμονίη*, 133, 11 *ἄδη* — *ἔδη*, 199, 10; IV 116, 8; VII 8 γ 12; IX 120, 11.

Homoeoteleutorum quae restant, pleraque in syllabas tam tritas et usitatas excidunt, ut dubium videatur, an non scriptor ipse figuras elocutionis senserit; velut: I 32, 8 *ἰδεῖν* — *παθεῖν*, 155, 20 *ἀποστέωσι* — *ἔωσι*, II 68, 4 *ξηρῶ* — *ποταμῶ*, III 65, 33 *κτησάμενοι* — *κατεργασάμενοι*, 72, 24 *ἀληδιζόμενος* — *ψευδόμενος*, IV 90, 6 *ψυχραί* — *θερμαί*, V 49, 10 *ἡμῖν* — *ὕμῖν*, VII 236, 7 *φθονέουσι* — *στυγέουσι*. Quibus de figuris certum iudicium fieri non potest. Magis autem conspicui mihi videntur hi loci:

II 173, 14 *ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι, ἐντανύουσι, ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι* (verba *ἐπεὰν δὲ χρήσωνται ἐκλύουσι* solus codex Romanus Vatic. 123 (R) habet).

III 36, 12 *ὅς χρηστῶς μὲν τὴν σεωντοῦ πατριδα ἐπετρόπευσας, εὖ δὲ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῶ συνεβούλευσας*.

III 80, 19 *φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε καὶ ζῶουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν*. Quae figura

1) Posterioris aetatis rhetores diserte et plane hoc negare haud ignoro. cf. Rutil. Lup. II 14; Aquil. Roman. 26. Quorum sententia certe repugnat exemplis ab Aristotele prolatis. Plerasque enim illius generis figuras in numero homoeoptotorum habent; cf. Rutil. Lup. II 13 'Ομοιοπτ. Hoc in duobus verbis eundem habet casum aut eandem novissimam syllabam.' Qua re nihil hoc loco utimur.



quamvis sit conspicua, homoeoteleuton certe non est, siquidem vocabulum *τοῖσι κακίστοισι* non in exeunte colo positum est. cf. Aristot. l. c. p. 1410a 24 *παρομοίωσις δ' ἐὰν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχη ἐκάτερον τὸ κῶλον.*

IV 46, 13 *ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρότου ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματα τε σφι ἤ ἐπὶ ζευγέων.*

Solam igitur paronomasiam quae in communi quoque Graecorum oratione pervulgata est, Herodotum crebrius usurpasse vidimus. Contra rationis qua Gorgias illa usus est figura, nulla apud eum vestigia nobis occurrebant; Gorgiam igitur certe non est imitatus. Restant perpauca homoeoteleuti et parechesis exempla, quibus de figuris certum fieri non potuit iudicium. Quae si quis Herodotum a sophistis didicisse contenderit, non habeo quod respondeam, nisi forte haec: Leguntur illae figurae iam ante Gorgiae tempora apud scriptores quamvis admodum raro. Gorgiae igitur oratio nihil a communi prioris aetatis scriptorum usu differt, nisi quod illis figuris redundat. Itaque Herodotum qui eis figuris parcissime modo usus est, propiorem esse quam Gorgiae ceteris scriptoribus apparet. Huc accedit quod in omnibus eloquendi generibus, quorum certa insignia cognoscere potuimus, usurpandis Herodotus sophistarum vestigia certe non persecutus est. Ne paronomasiam quidem e Gorgiae consuetudine sumpsit. Quibus omnibus permoti illa perpauca orationis lumina scriptorem sua sponte, non Gorgiam imitatum invenisse concedamus.

---

Etiam in figuris Gorgieis usurpandis Herodotum sophistarum vestigia non instituisse intelleximus. Quae figurae Gorgiae ipsius temporibus non tam novae erant et inauditae, ut certa Gorgieae dictionis insignia non quaerenda essent, quibus Herodoti orationem prorsus vacare patebat. Qui neque contrariorum alterum colon plane supervacaneum oppositionis causa adiecit aut verba non opposita inter se in antithetis collocavit, neque isocola ultra modum coacervavit aut vocabula inutilia, ut cola exaequaret, adiunxit, quin etiam haud raro membrorum aequalitatem vitavit potius quam quaesivit. Idem

dici potest de paronomasiis, quibus multo parcius quam Gorgias usus est. Neque umquam, ut voces similiter sonarent, vocabula supervacanea orationi suae inseruit. Homoeoteleuta autem et parecheses tam raro in eius libris inveniuntur, ut a Gorgia eum illas figuras didicisse minime sit probabile. E figurarum igitur apud Herodotum usu non modo non colligendum est eum Gorgiam imitatum esse, verum etiam Gorgiam illas figuras non ipsum formasse, sed communem scriptorum consuetudinem in iis secutum esse.

Ut quaestionem num sophistarum doctrina ad Herodotum pertinuerit, profigemus et adducamus ad exitum, duae etiam res tractandae restant. Ac primum quidem quaerendum est Herodotusne in orationibus suis conficiendis rhetorum obtemperaverit praecipis, quod difficile est ad cognoscendum, siquidem rhetorica illius temporis disciplina omnino fere in tenebris iacet. Deinde viri docti<sup>1)</sup> studia doctrinasque sophistarum Herodotum interdum secutum esse demonstrare conati sunt, sed vereor ne omnes litteras ad sophistarum doctrinam revocantes studia illius aetatis nimis angustis circumscripserint cancellis. Verum hae quaestiones in aliud tempus sunt differendae.

---

1) Maaß in *Hermes* vol. XXII, 1887, p. 581 sqq.; F. Dümmler, *Akademika* 1889 p. 247 sqq.; cf. R. Schoell, *Die Anfänge einer polit. Litt. bei d. Griechen*, Festschrift 1890 p. 11 sqq.; E. Meyer, *Forsch. z. alt. Gesch.* I, 1892, p. 202.

## Tabula argumenti.

---

|  | P. |
|--|----|
| Exordium . . . . .   | 3  |
| Caput I. De elocutione poetica . . . . .                   | 9  |
| 1. De verbis compositis . . . . .                          | 12 |
| 2. De glossematis . . . . .                                | 16 |
| 3. De appositis . . . . .                                  | 18 |
| a) De abundantia appositorum . . . . .                     | 18 |
| b) De grammaticis categoriis inter se commutatis . . . . . | 23 |
| 4. De translationibus . . . . .                            | 28 |
| a) De arcessitis translationibus . . . . .                 | 28 |
| b) De rebus inanimis humana natura quasi indutis . . . . . | 33 |
| Caput II. De Gorgieis quas vocant figuris . . . . .        | 46 |
| 1. De verbis contrarie relatis . . . . .                   | 47 |
| 2. De membris aequalibus . . . . .                         | 52 |
| 3. De adnominacione . . . . .                              | 55 |

---

## Vita.

---

Natus sum Maximilianus Guilelmus Augustus Wundt a. d. IV. Kal. Febr. anni 1879 Lipsiae patre Guilelmo, matre Sophia e gente Mau. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis imbutus anno 1889 receptus sum in scholam Nicolaitanam Lipsiensem. Vere anni 1898 maturitatis testimonio instructus ornatum sumpsit militarem et per 12 menses stipendia merui in legione Saxonica 106. Tum in universitatibus litterarum Friburgensi Berolinensi Lipsiensi studiis philologis operam dabam. Docuerunt me viri clarissimi Friburgi: Kluge, Elardus Hugo Meyer, Panzer, Bernardus Schmidt, Weißenfels, Berolini: Diels, Helm, Kirchhoff, Ioannes Schmidt, de Wilamowitz, Lipsiae: Brugmann, Elster, Heinze, Immisch, Köster, Lipsius, Marx, Richter, Sievers, Sommer, Steindorff, Studniczka, Wachsmuth, Windisch, Wundt. Postquam exercitationibus proseminarii philologi Berolinensis moderantibus Diels, de Wilamowitz et proseminarii philologi Lipsiensis moderante Immisch, utriusque per spatium semenstre, interfui, in seminarium philologum moderantibus Lipsius Marx Wachsmuth receptus sum, cuius sodalis ordinarius fui per duo semenstria. Per senos menses adscriptus eram sodalibus proseminarii Germanici moderante Elster, seminarii Germanici moderante Sievers, historici seminarii moderante Wachsmuth, philosophici seminarii moderante Heinze. Praeterea Lipsius benigne me admisit ad societatem Graecam. Quibus viris humanissimis cum omnibus tum Iusto Hermanno Lipsius, qui studia mea liberalissime fovit, gratias ago quam maximas.

---

